


Neunundzwanzigster Jahresbericht
des
Königlichen Gymnasiums
zu
INOWRAZLAW.

Veröffentlicht Ostern 1892

von

Dr. Ernst Eichner,
Direktor.

Voran geht eine Abhandlung des Gymnasiallehrers Paul Gismann:
DE PARTICIPII TEMPORUM USU THUCYDIDEO, PARS I.



Inowrazlaw.
Buchdruckerei von S. Olawski.

1892. Progr.-Nr. 153.



Perlustranti tibi animo libros libellosque de Thucydidis sermone conscriptos, qui non pauci sunt, haud exiguus eorum numerus occurrit, quibus participii usus tractetur.¹⁾ Neque mirum: tam late participii apud Thucydidem patet usus, ut optimus ille et gravissimus auctor rerum Graecarum et *φιλομέτοχος*, cum Graeci omnino *φιλομέτοχοι* a participiis crebro usurpandis appellarentur, ab antiquis grammaticis sit dictus et viris doctis in hoc usu illustrando exquirendoque artis exercendae det facultatem maximam. Qui cum in variis participii rationibus exhibendis operam consumpserint, de temporibus tantum participii adhuc, quod sciam, disseruit nemo.²⁾ Qua de causa operae me pretium facturum puto, si quaestionem instituum, quibusnam legibus participii temporum apud Thucydidem usus contineatur, quo facto si mihi contigerit hanc partem grammaticorum, quae quidem ad Thucydidis dicendi rationem pertineant, integram relictam expedire et transigere, spero fore, ut ex libris grammaticis falsa quaedam de participiorum usu usque adhuc tradita tandem extirpentur. Ut exemplum afferam, Krüger³⁾ temporum rationem, quae actioni secundariae participio expressae cum actione primaria intercedit, hisce verbis depingit: ‚Im temporalen Verhältnisse bezeichnet das Particip eine rein äusserlich der Zeit nach stattfindende Verbindung, wie eben das Tempus des Particips sie andeutet: dem bestimmten Tempus Gleichzeitiges das Präsens, Vorzeitiges der Aorist und das Perfect, Bevorstehendes das Futur.‘ Quam doctrinam etsi accuratius definire tibi licet ex eis, quae vir doctus aliis in locis⁴⁾ de temporum vi et usu praecepit, tamen omnia omnibus suis numeris et partibus expleta putare vide ne non sit necesse.

Jam accedamus ad ipsum commentariolum proponendum, quem imprimis in investiganda temporum ratione, quae inter res participiis et res verbis, quibus illa adiuncta sunt, elatas intercedat, versari consentaneum est, atque primum quidem de participio praesentis, deinde de aoristi, tum de perfecti, postremo de futuri temporis participiis agam. Artem

¹⁾ Wilde, de coacervatis participiis apud Thucydidem. Görlitz 1862.

Balkenholl, de participiorum usu Thucydideo. Göttingen 1882.

Nagel, quaestiones ad participiorum usum Thucydideum pertinentes. Halle 1885.

Hache, de participio Thucydidio. Programm Löbau 1880, 1882, 1883, 1884.

Balser, de linguae Graecae participio in neutro genere substantive posito. Leipzig, Hinrichs Sortim. in Comm. 1878.

Führer, de particulae *ως* cum participiis et praepositionibus iunctae usu Thucydideo. Monasterii Guestf. 1889.

²⁾ Balkenholl, l. l. p. 37—40 disseruit quidem de participii temporibus, sed, ut ipsius verbis utar, ‚pauca sunt quae adnotentur.‘

³⁾ Griechische Sprachlehre für Schulen. 5. Aufl. 1873. § 56, 10.

⁴⁾ § 53, 2, 9; 5, 2; 6, 8.

autem criticam in eis tantum exemplis exercuisse satis habeo, in quibus de temporibus participiorum dubitatur, missa faciam ea, in quibus aut de casu¹⁾ aut de compositionibus²⁾ verborum aut de ipso verbo³⁾, nisi forte tempus participii emendationi repugnat⁴⁾, ambigitur, neque magis eos locos tractabo, quibus manifesta librorum vitia omnium eorum consensu, qui studium contulerunt ad opus Thucydidis emendandum et tamquam perpoliendum, correctae⁵⁾ videmus.

Primum igitur mihi dicendum erit

DE PARTICIPIO PRAESENTIS.

Priusquam ad participii praesentis temporis usum explicandum aggrediar, pauca de universa participiorum natura proponenda esse existimo. Qua in re ordiamur ab Hachii explicatione, quam profert hisce verbis⁶⁾: ‚Participium (*μετοχή*) enim nomen inde duxit, quod cum eo verbi notio nominis adiectivi forma effingatur utriusque orationis partis tamquam particeps est (*μετέχει*), id est exprimitur eo quaelibet actio aut conditio non generaliter, sed participio significatur eam actionem aut conditionem certi cuiusdam hominis aut rei certo sive praesenti sive praeterito sive futuro tempore propriam esse‘. Contra hanc explanationem apte ex nomine ductam non habeo quod dicam nisi hoc, ipso participio non ‚certum aliquod actionis tempus significari⁷⁾‘; participio potius ‚qualis sit actio significatur quaeque ad verbum finitum relatio intercedat. Potest enim ad verbum finitum actio aut durans aut perducta ad finem aut se explicatura referri, ad quam quidem condicionem significandam aut participium praesentis temporis aut perfecti aut futuri adhibetur.⁸⁾ Gradus autem temporalis qui dicitur manat ex rerum conexu, quo participium et verbum finitum usurpata sunt.⁹⁾ Participium igitur praesentis per se nihil aliud indicat quam actionem sive durantem sive se explicantem aut statum vel condicionem permanentem; quam actionem aut condicionem participio praesentis expressam si ad verbum finitum aut ad eam orationis partem, quae verbi finiti vice fungitur, retuleris, in idem eam tempus incidere atque actionem primariam necesse esse facile intelleges. Utramque autem actionem eodem tempore fieri non ita accipiendum est, ut semper una ab uno eodemque temporis momento initium capiat eodemque tempore ad exitum perveniat atque altera, sed potius diversi, si dicere licet, gradus temporis aequalitatis sunt discernendi. Sunt tamen exempla, eaque haud pauca, quibus solida quaedam et quasi integra temporis inter verbi finiti et participii praesentis actionem aequalitas intercedere demonstratur. Quod primum quidem ita esse solet, si una actio prorsus eadem est

¹⁾ Velut I, 77, 1 *έλασσόμενοι* Classen—Herbst *έλασσομένοις*.

²⁾ VIII, 3, 1 *άπολαβών* Classen — *έπολαβών* Krüger et v. Herwerden.

³⁾ V, 116, 1 *έποποιήσαντες* Krüger codicum fide nisus — *έποπιεύσαντες* Classen et Stahl.

⁴⁾ I, 119 *παρόντες* Ullrich—Classen *παρόντες*.

⁵⁾ III, 28, 1 *κινδυνεύοντες* ex *κινδυνεύοντες* et VIII, 57, 1 *ποιησόμενος* ex *ποιησόμενος* levissima mutatione correctum est.

⁶⁾ l. l. pars I. pag. 1.

⁷⁾ Balkenholl l. l. pag. 37.

⁸⁾ Participii aoristi, nescio qua de causa, mentio facta non est.

⁹⁾ Schubert, de temporis inter verbum finitum et participium aoristi aequalitate apud Graecorum poetas tragicos. Dissert. inaug. Bambergae 1889. pag. 3.

atque altera participioque praesentis actio verbi primariae aut in partes suas distribuitur aut modus, quo conficiatur, vel instrumentum, quo efficiatur, effertur. Exempli causa, ut in re nimis facili probatu, satis habeo paucos locos¹⁾ attulisse:

- I, 119 εἶπον ἃ ἐβούλοντο, κατηγοροῦντες οἱ πλείους τῶν Ἀθηναίων καὶ τὸν πόλεμον ἀξιοῦντες γενέσθαι.
 II, 17, 4 ἅμα δὲ καὶ τῶν πρὸς πόλεμον ἤπιοντο, ξυμμάχους τε ἀγείροντες καὶ τῇ Πελοποννήσῳ ἑκατὸν νεῶν ἐπίπλοον ἐξαρτῦντες.
 III, 58, 4 οὐδ' ἀποθανόντας ἐτιμῶμεν — πάντων ἀπαρχὰς ἐπιφέροντες.
 IV, 30, 3 τὴν ἐπιχείρησιν παρεσκευάζετο, στρατιάν τε μεταπέμπων ἐκ τῶν ἐγγὺς ξυμμάχων καὶ τὰ ἄλλα ἐτοιμάζων.
 VII, 30, 2 προεκθέοντες τε καὶ ξυστρεφόμενοι ἐν ἐπιχωρίῳ τάξει τὴν φυλακὴν ἐποιῶντο.
 VII, 78, 3 οἱ δὲ Συρακόσιοι παρῆλπεύοντες τε προσέκειντο καὶ ἐσακοντίζοντες οἱ ψιλοί.
 VIII, 95, 6 χαλεπώτατα ἔπραξαν φρονεούμενοι ἕπ' αὐτῶν.

Ea, quae enumeravi, participia praesentis omnia actiones durantes significant, et omnia fere, id quod ad hunc usum bene intellegendum non parvi interest, imperfecto tempore²⁾ adiecta sunt, quod tempus ipsum quoque actionem aut condicionem durantem exhibet, vel describit, quomodo actio fiat³⁾; neque vero fieri non posse, ut participia praesentis cum aoristo eandem actionem indicanti coniungantur⁴⁾, exemplorum eorum, quae supra proposui, demonstratur duobus, quorum unum in primo, alterum in extremo positum est.

Deinceps absoluta illa et perfecta temporis aequalitas apparet atque exstat etiam in diversi generis actionibus participio praesentis et verbo finito elatis, ita ut duae diversae actiones alia aliam prosequantur ad eundemque finem eodem temporis momento perducantur, qualia exempla haec sunt:

- I, 34, 3 ὁ γὰρ ἐλαχίστας τὰς μεταμελείας ἐκ τοῦ χαρίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις λαμβάνων ἀσφαλέστατος ἂν διατελοίη.
 II, 8, 1 ἢ τε ἄλλη Ἑλλὰς πᾶσα μετέωρος ἦν ξυνιονσῶν τῶν πρώτων πόλεων.
 II, 11, 7 οἱ λογισμῶ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῶ πλεῖστα ἐς ἔργον καθίστανται.
 II, 40, 4 οὐ γὰρ πάσχοντες εὖ, ἀλλὰ δρῶντες κτώμεθα τοὺς φίλους. βεβαιότερος δὲ ὁ δράσας τὴν χάριν — ὁ δ' ἀντοφείλων ἀμβλύτερος.
 II, 45, 5 περὶ μὲν οὖν χρηστηρίων τὰ γινόμενα ἤκαζον ὁμοῖα εἶναι.
 II, 75, 4 οἱ δὲ Πλαταιῆς ὄρωντες τὸ χῶμα αἰρόμενον, ξύλινον τεῖχος ξυνθέντες, ἐσφοδόμουν ἐς αὐτὸ πλίνθους.
 III, 42, 3 χαλεπώτατοι δὲ καὶ οἱ ἐπὶ χρήμασι προσκατηγοροῦντες ἐπίδειξιν τινα.

¹⁾ In locis afferendis Classenii alteram editionem secutus sum.

²⁾ Nam VII, 78, 3 προσέκειντο vī imperfecti esse instructum quis est, qui neget?

³⁾ Sic Eichner — Zur deutsch-lateinischen Stillehre, Königliches Gymnasium zu Inowrazlaw, XXIII. Jahresbericht. Ostern 1886, pag. 15 — vim Latinorum temporis imperfecti explicat, quae explicatio in idem Graecorum tempus quadrare apte videtur.

⁴⁾ Non dubito hunc usum cum Latinorum usu eo conferre, quem secuti in describendis rebus ad summas rerum una comprehensione complectendas perfectum historicum, ad singulas res narrando explicandas imperfectum usurpant, modo ut bene teneatur animo qualitatem actionis participio praesentis expressae eandem esse atque actionis imperfecto tempore effectae. De qua re vide Lattmann-Müller, Lat. Grtk. 1872 § 103, 1, Anmkg. 1.

Hos locos ob eam quoque causam contuli, ut scriptorem generatim et universe loquentem participio praesentis articulo instructo saepissime ad hominum quaedam genera definienda uti ostenderem. Qua occasione data non alienum esse arbitror breviter explicare, quinam sit usus participii praesentis et cum articulo coniuncti, id est, substantivi notione praediti, et in adiectivum conversi. Atque participiis masculini generis modo allatis nunc addantur quaedam articulo neutrius generis ornata, quibus item personae actionem aliquam continentantes vel statum aliquem tenentes denotantur¹⁾; alia participia neutrius generis articulo instructa locum substantivi eius, quod vocitant abstractum, obtinent neque minus actionem aut condicionem permanentem significant.²⁾ Adiectivorum autem notionem propriam esse participiorum facile perspicitur, neque tamen magnus est horum numerus, eaque saepius repetuntur³⁾.

Diversos autem, quos supra dixi, gradus temporis aequalitatis cum singulos persequi nihil habeat utilitatis, neglecta hac parte, quae ad usum participii praesentis adhuc tractatum disputanda sunt, iam exponamus. Atque primum quidem sunt quaedam verba, quorum participia praesentis, quamquam actiones eis expressae sententiam primariam aut sequi aut ei antecedere videntur, a scriptore ad notitiam durandi in animis nostris imprimendam adhibentur. Quo in numero sunt et aliquot verba dicendi et verba quaedam interrogandi, iubendi, postulandi, suadendi, accusandi, mittendi, ducendi, relinquendi, alia.

¹⁾ τὸ θεραπεύων et τὸ μὴ ἐπιῖκον III, 39, 5; τὸ εἶκον et τὸ ἐπιόν IV, 61, 5;
τὸ ἐπιόν — τὸ παρόν — τὸ μαχόμενον V, 9, 8;
τὸ ἐναντιούμενον VI, 89, 4.

²⁾ I, 36, 1 τὸ φαρσοῦν; 70, 1 τὰ διαφέροντα; 84, 1 τὸ μέλλον; 90, 2 τὸ βουλόμενον; 142, 8 τὸ μὴ μελετῶν.
II, 49, 2 τὸ ὀργιζόμενον; 61, 2 τὸ λεπτοῦν; 63, 1 τὸ τιμώμενον. III, 10, 1 τὸ διαλλάσσον. IV, 18, 4 τὸ ὀρθούμενον.

V, 9, 6 τὸ μένον; 66, 4 τὸ δρώμενον. 102 idem; 104 τὸ ἐλλείπον. VI, 24, 2 τὸ ἡσυχάζον, id denique, quod saepissime legitur, τὸ ξυμφέρον I, 42, 2. II, 40, 5; IV, 60, 1. V, 9, 4; 90, 1; 106. VII, 57, 1 aliisque locis permultis id significans, quod in unaquaque re utilitatem affert. Copiosissime de his participiis omnibus egit Balsler l. 1.

³⁾ ἀρίσκων I, 38, 4. III, 34, 3. V, 41, 3, πρέπων I, 144, 2. II, 34, 6; 36, 1; 87, 9. VI, 17, 1, προσήκων I, 40, 1; 5. II, 34, 4; 43, 3; 61, 4; 87, 9. III, 40, 4; 67, 1. IV, 92, 7. V, 110, 2. VI, 84, 1, ξυμφέρον. III, 44, 2, VI, 85, 1 aliisque locis permultis, ἀρκοῦν II, 35, 1. Complurium horum participiorum adverbium inveniuntur, ut ἀρκοῦντως I, 22, 3. VI, 100, 1. VIII, 36, 1, προσηγόντως II, 43, 1, προπόντως IV, 126, 5; huc accedunt adverbium διαφερόντως II, 40, 3. VIII, 68, 3 et ὁμολογουμένως VI, 90, 3.

Alia quaedam participia praesentis pro adiectivis non aliter usurpata sunt nisi ita, ut praedicatum quod vocatur constituent. Huius circutionis tria quodammodo genera distingui possunt. Primum est id, ut sola verbi finiti notio cum gravitate copula esse sequente participio circumscribatur (I, 99, 2 ἦσαν — ἄρχοντες — cf. Classen ad h. l. —, II, 80, 3 ἦσαν δὲ Κορίνθιοι ξυμπροσθυμούμενοι, VIII, 69, 3 ἦσαν — ἴκοντες), aliud est id, ut actionem neque perfectam esse et fieri etiam eodem tempore, quo altera fiat, significetur (II, 67, 1 ἦν — πολιορκοῦν, 93, 3 ἦν προσυλλάσσον, III, 2, 2 μετατεμπόμενοι ἦσαν — cf. Classen ad h. l. —) eaeque vero nomine circutiones appellari possunt, tertium, vix hoc nomine dignum, est id, ut aut verbum εἶναι verbi finiti locum obtinens cum participio coniunctum sit (IV, 109, 2 ἐστι — προύχουσα; nil obstat, quin etiam locum paulo ante commemoratum II, 93, 3 huc referas) aut copula εἶναι cum adiectivo aliquo iuncta ad verborum concinnitatem tuendam participium tamquam arripuerit (VIII, 90, 5 ἵπερ ἦν μεγίστη καὶ ἐγγύτατα τούτου εἶθὺς ἐχομένη).

Sic post verba mittendi, veniendi, proficiscendi participia praesentis e verbis dicendi formata prorsus ad consilium efferendum posita videntur:

I, 116, 1 αἱ δ' ἐπὶ Χίον καὶ Λέσβον (ἔνυχον οἰχόμεναι) περιαγγέλλουσαι¹⁾ βοηθεῖν — III, 52, 2 προσπέμπει δὲ αὐτοῖς κήρυκα λέγοντα, εἰ βούλονται παραδοῦναι τὴν πόλιν... τοὺς τε ἀδίκοις κολάσειν.. — VII, 3, 1 κήρυκα προσπέμπει αὐτοῖς λέγοντα, εἰ βούλονται ἐξιέναι ἐκ τῆς Σικελίας... ἐπιτοῖμος εἶναι σπένδεσθαι — 25, 9 ἔπεμψαν δὲ καὶ πρέσβεις... ἀγγέλλοντας τὴν τε τοῦ Πλημμυρίου λῆψιν καὶ... — VIII, 108, 1 κατέπλευσε δὲ... ἐς τὴν Σάμον ἀγγέλλων ὅτι... accuratius vero si rem consideraveris, reperies nihil aliud nisi durantem actionem, quasi latentem atque inhaerentem in eis, qui nuntios perlaturi sint, qualitatem²⁾ his participiis praesentis significari, id quod nostro sermone assequaris vertendo „Herold, der zu sagen hatte, Gesandte, die zu melden hatten, er segelte mit der Nachricht ab“, ita ut facile sit intellectu actiones dicendi et nuntiandi iam eo temporis momento, quo actiones mittendi navique proficiscendi fiant, quasi abditas durare.³⁾

Alia id genus exempla exstant I, 91, 3 ἦγον αὐτῶ οἱ ξυμπρέσβεις — ἀγγέλλοντες⁴⁾ ἔχειν ἰκανῶς τὸ τεῖχος, II, 73, 2 ἦλθον ἀπαγγέλλοντες, V, 37, 5 παρήσαν — προκαλούμενοι, VI, 46, 1 παραγίνονται — ἀγγέλλουσαι, VII, 31, 4 ἀφικνεῖται — ἀγγέλλων, VIII, 55, 2 ἦλθε λέγων, 60, 2 ἀφικνεῖται — ἐπικαλούμενοι, porro I, 91, 3 πέμπει — κελεύων, III, 92, 3 ξυνεπρεσβεύοντο — δεόμενοι, IV, 108, 3 ἐπεκηρυκεύοντο — κελεύοντες, VI, 34, 3 πέμπωμεν — δεόμενοι, VII, 8, 1 ἔπεμπε — ἀγγέλλων, VIII, 50, 5 ἀποστέλλει — μεμφομένος, quae exempla omnia ita explico, ut actionem participio praesentis expressam, dum actio verbi primarii fiat, quasi latentem

¹⁾ Classen in adnot. ad h. l. dubitat, num scribendum sit περιαγγελοῦσαι, van Herwerden—Studia Thucydidea, Traiecti ad Rhenum 1869, pag. 136/137 — non dubitat, „quin rescribendum sit περιαγγελοῦσαι“. Hic idem pag. 96 pro ἀγγέλλοντας VII, 25, 9 ἀγγελοῦντας legi vult.

²⁾ Proprietatem consilii participio futuri temporis eorum, de quibus agitur, verborum a scriptore enuntiarum clarissime demonstratur his duobus exemplis I, 29, 1 Κορίνθιοι προπέμψαντες κήρυκα πρότερον πόλεμον προερούντα Κερκυραίοις... ἔπλεον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον et III 113,1 ἦλθε... ἀναίρεσιν αἰτίσων τῶν νεκρῶν.

³⁾ Stahl, quaestiones grammaticae ad Thucydidem pertinentes, Lipsiae 1886, pag. 17, participia praesentis περιαγγέλλουσαι I, 116, 1, λέγοντα III, 52, 2 et VII, 3, 1, ἀγγέλλοντας VII, 25, 9 (idem de hoc quidem participio docet Kühner, Ausführliche Grtk. der griech. Spr. 2. Aufl. 2. Theil. 1. Abtheilung. Hannover 1870. § 382, 4 b) de conatu dicta esse putat; equidem ego prorsus non video, quid mihi necessitatem afferat sic hos locos explicandi, ut nuntiare aut dicere conatos esse sive studuisse illos homines interpreter, praesertim cum ea temporis momenta respiciam, quae verbis finitis indicantur; immo vere illos nuntiavisse et dixisse arbitrer, ita tamen, ut supra ostendi. Afferat etiam vir doctus hunc locum I, 126, 6 — ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γογγύλον φέροντα αὐτῶ, neque vero magis participium φέροντα de conatu dictum esse mihi persuaderi potest; nam fert Gongylus epistolam inde ab eo tempore, quo dimittitur, eumque literas perlaturum vel traditurum esse ei, ad quem datae sint, cum mente facile comprehendas, satis fuit participium praesentis adhibere ad significandam actionem eiusdem temporis. — Cum participio φέρον est similitudo participio ἄγων his locis VII, 16, 2 τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα εὐθὺς — ἀποπέμποσαν — ἄγοντα εἰκοσι τάλαντα — καὶ ἅμα ἀγγελοῦντα et 25, 1 καὶ αὐτῶν μία μὲν — ἐς Πελοπόννησον ᾗχετο, πρέσβεις ἄγουσα.

⁴⁾ Dicat quispiam haec participia praesentis post verba veniendi usurpata plane eiusdem temporis actiones significare atque haec ipsa verba, quae modo paulo longius temporis spatium quam ipsum adventum finiunt. Quam explicandi rationem illum insistere posse non nego, sed cum eiusmodi locos cum eis conferam, ubi participia praesentis post verba mittendi et proficiscendi illis similia posita sunt, hanc, quam proposui, explicationem, quippe quae ad maiorem locorum numerum apta sit, praefendam esse censeo.

durare, facta vero illa actione statim in lucem prodire dicam, qua in explicatione recorderis verborum mittendi actionem ita ad perfectionem duci, ut perveniat quis eo, quo sit missus.¹⁾

Quae cum ita sint, optimorum codicum memoriam VIII, 108, 1 ἀγγέλλων — Meineke pro eo legit ἀγγελῶν — retinendam, sed eadem de causa quod VI, 88, 10 legitur κολύοντας²⁾ (πρέσβεις πέμπειν ἐς Συρακούσας κολύοντας μὴ ξυμβαίνειν Ἀθηναίοις) contra codicum auctoritatem cum Poppone et van Herwerdenio in κολύσσοντας correctione adhibita mutandum esse censeo; nam legati, qui ad impediendam aliquam rem mittuntur, non statim inde ab eo temporis momento, quo mittuntur, impediuntur³⁾, verum impedituri sunt intellegendi. At ne quis minutius et scrupulosius me in hac re versatum esse putet, ipsius scriptoris usu commendatur haec correctio, cum praeter verba dicendi nuntiandique, quorum etiam participia futuri temporis inveniuntur, nullis aliis verbis ille ita uti soleat, ut, si de consilio quodam cogitari possit, praesentis participia aequae usurpet ac futuri, sed, si quae alia occurrunt, futuri participia adhibere consuerit, quod quam verum sit probetur his locis: VI, 42, 2 προύπεμψαν... ναῦς εἰσομένης; VII, 79, 4 πέμπονσι μέρος τι τῆς στρατιᾶς ἀποτειχιούσας; 83, 1 ὁ δ' ἀπιστῶν σπένδεται ἰππέα πέμψαι σκεψόμενον; VIII, 107, 2 ἀπέπεμψαν Ἰπποκράτη καὶ Ἐπιζλέα κομιούσας τὰς ἐκεῖθεν ναῦς.

Veniamus nunc ad alterum genus verborum, cuius generis sunt ea, quorum participiis praesentis scriptor utitur, etiamsi actiones eis expressas primo obtutu actionibus verbo finito elatis antecedere apparet.

III, 113, 3 ὑπολαβὼν δ' ὁ ἐρωτῶν εἶπεν „Ὅνκ οὖν τὰ ὄπλα ταυτὶ διακοσίων γαίνεται, ἀλλὰ πλέον ἢ χιλίων.“ ὁ ἐρωτῶν unus ex Acarnanibus dicitur, qui paulo ante ab Ambraciotarum oratore de corporibus eorum repetendis, qui in pugna ceciderant, misso quaesiverat iam, quid miraretur quotque eorum mortui essent; nihilo minus participium praesentis scriptor adhibuit, ea videlicet de causa, quod actionem interrogandi permanentem accipi vult, tamquam sermone instituto histriones in scenam prodeant, quorum unus eius, qui interrogat, alter eius, qui respondet, partes agit, ne amplius similitudine utar, de duranti effectu⁴⁾ dictum

¹⁾ Aliter sunt explicanda participia praesentis his locis:

VII, 69, 2 ἀνεκάλει — ἀξιῶν — ἐπομιμνήσκων — λέγων,
72, 3 γνώμην ἐποιεῖτο — λέγων,
73, 1 ἐσηγεῖται — λέγων,
83, 1 ἔλεγον — κελεύοντες,

ubi, cum antecedentibus verbis dicendi omnia, quae fiunt, verba in unum comprehensa praeponantur, participiis praesentis, quae sequuntur, singulae res oratione tractatae enarrantur, actiones participiis praesentis elatae plane in idem tempus incidunt atque actiones principales.

²⁾ cf. VI, 100, 1 οἱ Ἀθηναῖοι οὐκ ἤλθον κολύσσοντες. I, 63, 2 et VII, 74, 2 ὡς κολύσσοντες.

³⁾ Sic Krüger hunc locum interpretatur.

Stahl l. l. etiam hoc participium praesentis de conatu dictum putat, id quod ab hoc loco alienissimum mihi videtur, nisi forte conatus fieri poterat eodem ipso tempore, quo legati mittebantur; luce vero clarius est non prius legatos impedire conatos esse, quominus Syracusani cum Atheniensibus in gratiam redirent, neque prius hoc facere potuisse quam Syracusas advenissent. Hoc autem est conatus proprium, ut is, qui conatur sive studet aliquam rem conficere, a conficienda difficultatibus quibusdam temporibusque prohibeatur, id quod in hunc locum non cadit.

⁴⁾ Juvat in comparisonem vocare Latinorum consuetudinem dicendi eam, ut verborum interrogandi in enuntiatis coniunctione, cum formati imperfecti coniunctivo utantur, cum aliorum verborum, subtilius temporum rationem dependentes, plusquamperfecti coniunctivum adhibeant; cf. Ellendt-Seyfferts Lateinische Grammatik, Berlin 1890, § 217, Anm.

est participium praesentis: qui semel interrogavit, hic in posterum tempus haberi potest is, qui interroget vel interrogare perseveret.

Reliqua, quibus hic usus verborum interrogandi demonstratur, exempla sunt haec: I, 126, 4 *χρωμένω* — *ἀνεῖλεν*; II, 54, 4 *ἐπερωτώσιν αὐτοῖς τὸν θεόν...* *ἀνεῖλε*; genus passivum invenitur V, 45, 4 *ἐπερωτώμενοι* (hoc participium coniunctione *καί* alteri eique aoristi participio *παρελθόντες* adiectum est!) *οὐκ ἔφασαν*.

Ad eandem similitudinem accipiendi sunt ei loci, quibus verba iubendi, postulandi, suadendi, accusandi aliaque id genus reperiuntur:

- I, 105, 6 *οἱ δὲ Κορίνθιοι κακιζόμενοι ὑπὸ τῶν — πρεσβυτέρων — ἐλθόντες ἀντίστασαν τροπαῖον.*
III, 92, 5 *τὸν θεὸν ἐπήροτο, κελεύοντος¹⁾ δὲ ἐξέπεμψαν τοὺς οἰκήτορας.* IV, 27, 3 *παραινούτων δὲ τῶν ἀφιγμένων — ἠρέθη κατὰσκοπος αὐτός.*
IV, 28, 1 *ὁ δὲ Νικίας — ὄρων αὐτὸν ἐπιτιμῶντα, ἐκέλευεν.*
IV, 78, 5 *ὁ δὲ κελεύοντων τῶν ἀγωγῶν... ἐχώρει οὐδὲν ἐπισχῶν δρόμῳ.*
80, 1 *ἤλπιζον ἀποτρέψαι αὐτοὺς μάλιστα, εἰ ἀντιπαρὰλεποῖεν πέμψαντες ἐπὶ τοὺς ξυμμάχους αὐτῶν στρατιάν, ἄλλως τε καὶ... ἐπὶ ἀποστίασει σφᾶς ἐπικαλουμένων.*
132, 2 *ὁ δὲ Περδίκκας — κελεύοντος τοῦ Νικίου — διεκώλυσε τὸ στρατεύμα.*
V, 17, 2 *ἀντιπαιτούντων γὰρ Πλάταιαν οἱ Θηβαῖοι ἔφασαν οὐ βίβη — ἔχειν τὸ χωρίον.*
21, 3 *αὐτὸς μὲν πάλιν πεμπόντων τῶν Λακεδαιμονίων καὶ κελεύοντων — ἐπορεύετο.*
45, 4 *τοῦ Ἀλκιβιάδου — καταβοῶντος τῶν Λακεδαιμονίων ἐσχηκόν τε καὶ ἐτοιμοὶ ἦσαν.*
VIII, 14, 1 *κελεύοντων καταπλεῖν — ἀφικνοῦνται.*
48, 1 *ὑποτεινόντος αὐτοῦ Τισσαφέρνην — καὶ βασιλέα φίλον ποιήσειν — πολλὰς ἐλπίδας εἶχον.*
71, 3 *κάκεινον — παραινοῦντος ἐκπέμποσι — πρέσβεις.*

Adicias velim hos locos:

III, 42, 1 *οὔτε τοὺς προθέντας τὴν διαγνώμην ἀθίς — αἰτιῶμαι, οὔτε τοὺς μεμφομένους μὴ... βουλευέσθαι ἐπαινῶ*, ubi οἱ μεμφομένοι ei sunt dicti, qui cum vituperatione monuerunt cives, ne culpam quandam contraherent; admonitio vero et vituperatio habent hanc vim, ut eorum, qui audiverunt, aures pateant eis etiamnunc easque audiant amplius.

III, 48, 1 *ἀπ' αὐτῶν δὲ τῶν παραινουμένων πείθεσθέ μοι — κρῖναι*, quo loco τὰ παραινούμενα sunt ea, quae in contione Atheniensibus suasa sunt, sed haec quodammodo inculcant se auribus Atheniensium Diodoto verba illa apud eos faciente.

IV, 27, 3 *οὐ τάλῃθῃ ἔφη λέγειν τοὺς ἐξαγγέλλοντας.²⁾*

27, 4 *εἰ δὲ δοκεῖ αὐτοῖς ἀληθῆ εἶναι τὰ ἀγγελλόμενα, (παρῆναι ὡς χρὴ) πλεῖν ἐπὶ τοὺς ἄνδρας.*

¹⁾ Kohlmann, über das Verhältnis der Tempora des lateinischen Verbums zu denen des griechischen (Jahresbericht über das Königliche Gymnasium zu Eisleben 1881), pag. 16 cum haec dicit „Zu trennen hiervon sind die Imperfecta wie *ἐκέλευε*, *ἔπειπε* u. ä. Die Handlungen selbst, nicht blos ihre Folgen, werden in diesen Fällen als noch weiter fortdauernd aufgefasst (der Handelnde steht noch unter dem Befehl, der Abgesandte ist noch in der Sendung begriffen u. s. f.)“, in explicando participio *κελεύοντος* videtur mecum sentire.

²⁾ Paulo post iidem a scriptore οἱ ἀφιγμένοι dicti sunt.

VI, 36, 1 *τοὺς δ' ἀγγέλλοντας τὰ τοιαῦτα καὶ περιφόβους ὑμᾶς ποιῶντας τῆς μὲν τόλμης οὐ θανατάζω, τῆς δὲ ἀξυνεσίας...*

41, 2 *διαβολὰς μὲν οὐ σῶφρον οὔτε λέγειν — οὔτε — ἀποδέχεσθαι, πρὸς δὲ τὰ ἔσαγγελλόμενα¹⁾ μᾶλλον ὀρᾶν, ὅπως...*

Omnia haec participia praesentis (*οἱ μεμφομένοι — τὰ ἔσαγγελλόμενα*) ab oratoribus, quippe quorum animi eis, quae dicta sive nuntiata erant, etiam tunc commoverentur, cum ipsi verba faciebant, in consiliis dandis aut sententiis refutandis adhibita sunt.

Similiter dictum est participium *λεγόμενος*: V, 42, 2 *λεγόμενων δὲ τούτων οἱ Ἀθηναῖοι δεινὰ ἐποίουν*, nisi actionem verbo finito prolatam plane incidere in actionem participio enuntiatam iudices.

Quae verba inde a pag. 6 tractavi, ea omnia sunt verba dicendi; restat, ut de nonnullis aliis verbis agam, quorum in participiis praesentis usurpandis scriptor eandem dicendi consuetudinem servat. Si legimus I, 91, 1 *οἱ δὲ ἀκούοντες τῷ μὲν Θεμιστοκλεῖ ἐπέειποντο*, haec est sententia: Spartae magistratus, postquam audiverunt, quibus adductus causis Themistocles nondum adiret ad contionem, huic credebant. Quae cum ita essent, tamen scriptor, quod audiendi sensus, ut sibi statuit, permanet ad posterum tempus, praesentis participium ad hanc vim efficiendam adhibuit.²⁾ Saepius legitur participium *πυνθανόμενος*, ut III, 80, 2; IV, 5, 1; 24, 3; 29, 2; 105, 1; V, 4, 5; 6, 3; VII, 1, 2; 25, 1; 36, 1; VIII, 23, 4, quibus locis nulla re cogimur putare saepius esse nuntios allatos et acceptos; eodem modo atque participium *ἀκούων* significat *πυνθανόμενος* permanentem actionem comperiendi, quasi nuntii allati iam iamque auribus percipiuntur.³⁾

Alter locus est hic II, 2, 4 *θέμενοι δὲ ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὄπλα τοῖς μὲν ἐπαγομένοις οὐκ ἐπέειποντο* — quamquam adduxerunt iam Thebanos Plataeenses, tamen participium praesentis scriptum est ad causam permanentem indicandam, ut Classen et Rieckher (l. l.²⁾ — (zweite Hälfte) Heilbronn 1853 — pag. 13) recte explicasse mihi videntur: adduxerunt Plataeenses quidam Thebanos trecentos eorumque duces manent puncto temporis eo, quod verbo finito constitutum est, neque minus assentior Classenio, cum dicat ex adductis Thebanis Plataeenses illos factionis nomen *οἱ ἐπαγομένοι*⁴⁾ traxisse.

¹⁾ Classen *πρὸς τὰ ἔσαγγελλόμενα* interpretatur „in betreff der von verschiedenen Seiten kommenden (part. praes.) Berichte“, suo iure, praesertim si legas VI, 32, 2 *ἐς δὲ Σορακούσας ἠγγέλλετο μὲν πολλαχόθεν τὰ περὶ τοῦ ἐπίπλου*; nihilo minus mea quoque explicatio ferri potest; quis enim, si locus III, 42, 1, IV, 27, 3, reliquos a me commemoratos respexerit, certo diiudicet, utrum scriptor participio praesentis actiones iteratas an durantem effectum enuntiare voluerit?

²⁾ Est alter modus explicandi: si legeris, quae in extremo capite nonagesimo narrata sunt (*ὁπότε τις αὐτὸν ἔρωιτο — ἔφη...*), non habebis, quod non putes participium praesentis de iterata actione dictum esse, sed liceat mihi hunc locum in eorum numero ducere, quibus locis participium *ἀκούων* de permanenti effectu usurpatum exstat, velut VIII, 75, 1; 82, 1. Cf. Rieckher: Wissenschaftliche Abhandlung über das Participium des griechischen Aorists (erste Hälfte). Einladungsschrift — Karls-gymnasium zu Heilbronn 1852. pag. 9, 5) et pag. 11.

³⁾ Etiam nos praesenti tempore uti nuntiis acceptis dicimus: Ich höre, ich erfahre (soeben), quod ne a Graecorum quidem sermone alienum esse demonstratur ipsius Thucydidis verbis his *ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι* VII, 12, 2. Rieckher l. l. (Heilbronn 1853) p. 11/12 ut quorundam verborum imperfecta pro aoristis ponantur, sic participia *πυνθανόμενος* et *πέμπων* pro aoristi participiis usurpari posse putat, id quod, ad Thucydidis sermonem si specto, probare nequeo.

⁴⁾ IV, 27, 2 (*τὴν τιμὴν τοῖς ἄγονσι προσποιῆσαι*) participium *οἱ ἄγοντες* duobus modis explicari potest; nam cum haec sit sententia, ut personae participio significatae ex ducendis captivis laudem capturae fuisse putandae sint, quam vel dum hos ducunt vel postquam duxerunt capere poterant, praesentis participium vel ad durantem actionem enuntiamdam vel ad permanentem effectum proponendum, ut ita dicam, locum tenere arbitror.

Eodem modo participium praesentis de factionibus usurpatur idque non solum de eis hominibus, qui in peragendo consilio occupati sunt¹⁾, sed etiam de eis, qui iam peregerunt consilium, his locis: III, 4, 4 οἱ διαβάλλοντες²⁾ — sunt ei, qui c. 2, § 3 μνηστὰι γίνονται —; IV, 84, 2 οἱ ξυνεπάγοντες — nam Brasidas ante portas oppidi erat —; VI, 60, 4 οἱ ἐπιβουλεύοντες; VIII, 64, 5 οἱ καθιστάντες; 86, 2 οἱ τὸν δῆμον καταλύοντες.³⁾

Tertio loco V, 114, 2 legimus haec: οἱ δὲ λειπόμενοι παραμένοντες ἐπολιόρχουν τὸ χωρίον; post verba, quae praecesserunt, φυλακὴν... καταλιπόντες οἱ Ἀθηναῖοι... ἀνεχώρησαν, pro participio praesentis οἱ λειπόμενοι potius aoristi aut perfecti participium scribendum fuisse crederes; sed actionem verbi λείπεσθαι sic continuatam fingere possumus, paene ut insit in eo notio remanendi, itaque participium οἱ λειπόμενοι hoc loco nullam ad tempus praesens explicandum difficultatem affert. Eidem participio eodem sensu adhibito occurrimus I, 34, 1; II, 12, 5; 42, 5; 46, 1.⁴⁾

Quartus locus invenitur VII, 8, 2 φοβούμενος δὲ μὴ οἱ πεμπόμενοι... οὐ τὰ ὄντα ἀπαγγέλλωσιν, ἔγραψεν ἐπιστολήν. Etiam verbo πέμπεσθαι hanc vim tribuerim, ut significet non tantum mitti vel dimitti, sed etiam, hoc certe loco, missu alicuius ire vel nuntii munere fungi, eaque vi indutum participium praesentis οἱ πεμπόμενοι nihil habet, in quo offendatur.

Pariter explanatio huius loci I, 10, 5 οὐ πολλοὶ φαίνονται ἐλθόντες ὡς ἀπὸ πάσης τῆς Ἑλλάδος κοινῇ πεμπόμενοι expedienda est, ubi participium πεμπόμενοι, cum altero participio ἐλθόντες coniungendum, significat missu (totius Graeciae) euntes.⁵⁾ Activi generis participium πέμπων similiter ac passivi usurpatum est ita, ut non mittendi vel dimittendi actionem, sed potius permanentem eius condicionem, qui mittit, planissime significet⁶⁾, ut V, 4, 1 Φαίαξ — Ἀθηναίων πεμπόντων — ἐξέπλευσε, i. e. missu Atheniensium navi evectus est.

Quinti loci verba sunt haec III, 40, 5: τῇ τε αὐτῇ ζημίᾳ ἀξιώσατε ἀμύνασθαι καὶ μὴ ἀναληγτότεροι οἱ διαφεύγοντες τῶν ἐπιβουλευσάντων φανῆναι. οἱ διαφεύγοντες appellati sunt Athenienses, qui insidias τῶν ἐπιβουλευσάντων, quoniam in Mytilenaeos urbe expugnata vitae

¹⁾ His locis II, 5, 7 οἱ προδιδόντες — nam eo tempore, in quod actio verbo ἔπραξαν prolata cadit, proditionem facesebant —; IV, 67, 3; 103, 2; 104, 4 idem; 106, 2 οἱ πράσσοντες; 110, 2 et 123, 2 idem; VIII, 48, 3 οἱ ξυριστάντες; 63, 4 οἱ κοινολογοῦμενοι; 68, 4 οἱ ξυγκαταλύοντες.

²⁾ Krüger interpretatur „das Präsens, weil noch welche vorhanden und thätig waren“; fieri potuisse, ut defectione Lesbiorum Atheniensibus per indicium enuntiata eorum, qui enuntiauerant, calumniae continuarentur, infitari nequeo, neque vero magis hoc factum esse omni asseveratione tibi affirmare possum, cum ex rerum descriptione minus perspicitur; igitur rem certam incertae praeferens illud arte teneo participio praesentis de permanenti causa dicto factionis prorsus nomen contineri. In eadem fere sententia est Kühner, § 382, 4, b); at non recte iudicasse mihi videtur de participio οἱ προδιδόντες II, 5, 7.

³⁾ Est hoc proprium multorum hominum existimare eum, qui semel aliquid iniuste fecerit, hoc iterum atque iterum facturum esse, itaque eum in perpetuum hoc facientem animis proponere. Contra bene factum demonstratur hoc loco a Rieckhero — l. l. Heilbronn 1853, pag. 13 — allato: I, 69, 1 εἴπερ καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς ἀρετῆς ὡς ἐλευθεριῶν τὴν Ἑλλάδα φέρεται.

⁴⁾ Rieckher l. l. Heilbronn 1853. pag. 19/20 hanc participii λειπόμενοι naturam perspexit.

⁵⁾ Berg, de participii temporum usu Appiano, Bonnae 1884, pag. 14. duos locos affert, quibus Appianus, quem imitatore Thucydidis fuisse constat, participium πεμπόμενος ita adhibuit, ut hoc „condicionem durantem pro re perfecta significet.“

⁶⁾ cf. Kohlmann l. l. (huius commentarioli pag. 7, adnot. 1).

necisque potestatem habebant, iam effugerunt; praesentis igitur participium ad permanentem effectum pertinere¹⁾ Classenio concedo, sed cum verba modo allata eius orationis sint, quae Cleon gravissimas poenas defectionis a Mytilenaeis repetendas studiosissime commendat, altera causa accedere mihi videtur, cur scriptor praesentis participio usus sit; cautione enim quaedam adhibita orator *οἱ διαφεύγοντες* dicit, quasi cives sui periculum vixdum etiam ex omni parte evitaverint atque id agatur, ut consilio suo usi omnino effugiant demum periculum.

Deinceps hoc dicendum est praecipue negatione aliqua participio praesentis addita actionem exhiberi in perpetuum omissam itaque statum durantem intellegi, ut III, 4, 1 *οὐκ ἔσακονόντων*; V, 41, 2 *οὐκ ἐόντων*; 49, 1 *οὐκ ἐκτίνοντες*; VI, 77, 1 *οὐκ ἀμύνοντες*; VII, 47, 1 *τοῖς τε γὰρ ἐπιχειρήμασιν ἐώρων οὐκ κατορθοῦντες* (quamquam haud ignoro hoc participium etiam de iterata actione dictum posse accipi); VIII, 9, 2 *οὐ ξυγχοροῦντων*; 22, 1 *οὐδὲν ἀπολείποντες προθυμίας*; 28, 2 *οὐ προσδεχομένων*; 44, 1 *Τισσαφέρην μὴ αἰτοῦντες χεῖματα τρέφειν τὰς ναῦς*. Huc pertinet etiam participium *ἀμαρτάνοντες* I, 91, ubi leguntur haec: *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι — ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο — τῆς μὲντοι βουλῆσεως ἀμαρτάνοντες ἀδύλως ἤχθοντο*; Lacedaemonii id agentes, ut Athenienses a muris urbi circumdandis prohiberent, singulari Themistoclis prudentia capti propositum assecuti non erant; per negantiae vero vim, quae inest in verbo *ἀμαρτάνειν*, licebat praesentis participio uti; ea enim erat Lacedaemoniorum causa, ut voluntati eorum non satisfaceret.²⁾

Proximum est, ut duo participia praesentis eaque saepius repetita adiungam, quae addito vocabulo aliquo neganti permanentem condicionem contineant. Unum est *ἔχων*, copulatis his verbis *ἔλασσον ἔχων*, alterum *δυνάμενος*. Illud legimus III, 5, 2 *μάχη ἐγένετο, ἐν ἣ ὁὐκ ἔλασσον ἔχοντες οἱ Μυτιληναῖοι οὔτε ἐπηγλίσαντο .. οὔτε ..* et IV, 25, 6 et VIII, 61, 3³⁾, hoc III, 5, 4 *φθάσαι οὐ δυνάμενοι*⁴⁾; IV, 44, 5 *οὐ δυνάμενοι εὔρειν*; VI, 104, 2 *οὐ δυνάμενος — προσαγαγῆσθαι*; VII, 38, 1 *οὐδέτεροι δυνάμενοι — παραλαβεῖν*; 79, 2 *οὐ δυνάμενοι βιάσασθαι*; VIII, 31, 3 *οὐ δυνάμενος ἐλεῖν*, quibus locis omnibus aoristi infinitivus pendet ex participio *δυνάμενος*, pro quo aoristi participium eodem iure usurpari potuit, si modo scriptoris interfuisset enuntiare facultatem earum rerum, quae aoristorum infinitivis indicantur, gerendarum datam non esse, neque vero facultatem in hominibus non esse. Relinquitur unus locus, quo ex verbis *οὐ δυνάμενος* aptus est infinitivus praesentis *πράσσειν*, VIII, 5, 5,

¹⁾ Conferri potest, quod affert Kühner, § 382, 4, b): „Xen. Anab. VI, 3, 4 *οἱ διαφεύγοντες* fuga elapsi et salvi.“

²⁾ Classen praesens *ἀμαρτάνοντες* sic explicat: „das part. praes. weist auf die dauernden Folgen des nicht erreichten Wunsches hin: „da sie sich getäuscht sahen.“ Si bene intellego, vir doctus participium praesentis pro perfecti participio *ἡμαρτηκότες*, utpote in quo insit illa vis, positum esse censet, qua in re partium eius esse nequeo; nam participia praesentis non significant, ea, quae evenerint ex eorum actionibus, sed suas ipsorum actiones permanere, quam rem acutissimus ille existimator operis Thucydidei identidem ipse *durantem* vel *permanentem* participii praesentis effectum nominavit. Rieckher l. l. (Heilbronn 1852) p. 7 maxime in participio *ἀμαρτάνοντες* offendit.

³⁾ Participium aoristi, quod praebet cod. Vatic., optimo iure Classen respuit hos duos locos, quos supra attuli, respiciens.

⁴⁾ Rieckher l. l. pag. 13. ut tempus praesens, sic participium praesentis hoc loco eam vim habere posse existimat, ut res eo paene sub aspectum subiciantur vel narrentur, quasi in conspectu nostro gerantur. Ad hanc explanationem cur confugiat vir doctus, non intellego, cum hic usus participii praesentis neque ullo exemplo dedatur et ratio interpretandi aperta et simplex suppeditet.

ubi de aoristi participio pro praesentis participio substituendo cogitare totius loci sententia vetatur; verbis enim *οὐ δυνάμενος πρόσσεσθαι* causa vel condicio describitur, in qua Tissaphernes per longum temporis spatium fuit. Huic loco annectatur V, 81, 1, quo loco ad *οὐ δυνάμενοι* supplendum est *ἀντέχειν*.

Sequuntur ea participia praesentis, quae actionem sive condicionem aperte permanentem proponunt, ita tamen, ut haec actio sive condicio aut sit generale principium vel fons, ex quo actio primaria manet, aut actione verbi finiti interrumpatur aut finiatur. Quid sentiam, exemplis demonstrarim hisce:

VII, 57, 4 *τούτων Χίοι φόρον οὐχ ὑποτελεῖς ὄντες, ναῦς δὲ παρέχοντες αὐτόνομοι ξυνέσποντο* — et aliis temporibus Chii naves praebere soliti sunt et tum quoque praebuerunt; describit autem scriptor permanentem condicionem Chiorum, qua usis naves ad omnes Atheniensium expeditiones adiuvandas erant mittendae, neque narrat eos etiam tum, cum Athenienses bellum contra Syracusanos pararent, naves misisse, quod si dicere voluisset, certe aoristi participio *παρασχόντες* usus esset. Eadem ratio valet

VII, 58, 3 *Λακεδαιμόνιοι μὲν ἡγεμόνα Σπαρτιάνην παρεχόμενοι, νεοδαμώδεις δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ Εὐλωτας (ξυνεμάχον),* ubi participium praesentis *παραχόμενοι* ad eam legem spectat,¹⁾ quam sibi in auxiliis mittendis Lacedaemonii statuerant.

Quod in principio huius loci disputationis proposui, id ex una parte exemplis confirmatum est; ex altera parte ut confirmetur, nunc de verbis motum aliquem significantibus dicendum est. Quae legimus II, 23, 3 *παριόντες δὲ Ὀρωπὸν τὴν γῆν τὴν Γραικίην καλονομένην — ἐδήσαν,* ea sic intellegenda sunt, ut putemus copias Lacedaemoniorum, dum praeterirent Oropum oppidum, iter ad vastandos agros intermisisse agrisque vastatis denuo fecisse, et II, 5, 3 *πορευόμενοι τε ἐν ὑετῷ καὶ τὸν ποταμὸν μόλις διαβάντες ὕστερον παρεγένοντο* — actionis participio *πορευόμενοι* prolatae finis est adventus Thebanorum, qui verbo finito *παρεγένοντο* continetur. Hic usus participii *πορευόμενος* praeter alios locos invenitur his: II, 67, 3 (*πορευόμενος — ξυλλαμβάνει*); III, 102, 1; IV, 50, 1; 68, 5 (*τὴν νύκτα πορευόμενοι παρήσαν*). Alia participia eodem modo usurpata reperiuntur his locis:

II, 62, 2; 67, 4; III, 114, 1; IV, 3, 1; 42, 2 *πλέων* —

III, 7, 2; 33, 2; 34, 1; IV, 25, 5; VI, 62, 2 *παραπλέων* —

III, 69, 1; VI, 2, 4 *φένγων* — VII, 81, 1 *διώκων* — III 108, 3 *ἐπαναχωρῶν* —

III, 75, 1; 107, 1; IV, 25, 9; VII, 33, 1; VIII, 11, 2 *βοηθῶν*, quod participium cum verbis *παραγίγνεσθαι, καταβαίνειν, ἀγικνεῖσθαι, παρεῖναι* arcte coniunctum²⁾ idem fere est ac nostrum „zu Hilfe“, aliaque participia, quae omnia enumerare longum est. Ad haec memorandum videtur etiam dilucide notato aut loco, unde quis, aut tempore, quo quis se movere dicatur, participium praesentis, non aoristi obviam nobis fieri, si modo scriptor significare

¹⁾ Qua ratione remota in eodem enuntiato sequuntur participia aoristi *παραγερόμενοι* et *ἀποσταλέντες*, et in extremo rursus eodem sensu, quem supra explicavi, praesentis participium *στρατεύοντες* legitur.

²⁾ Liceat mihi hoc loco afferre nonnulla participia praesentis, quae ad eundem modum tam arcte cum actione verbi primarii coniuncta sunt, paene ut, si sententiam, non verba spectamus, adverbiorum loco sint: VIII 56, 4 *ἤπει — ὑπερβάλλον*; 81, 2 *ὑπερβάλλον ἐμεγάλυνε* et § 3. *ἐπισχεῖτο — ἐπιχομπῶν*; 86, 3 *διαβάλλον ἀπήγγειλεν*. Alia participia id genus ad tempus constituendum adhibita sunt: *τελευτῶν* II, 47, 4; 51, 5; VI, 53, 3; VIII, 81, 3, *πανόμενος* III, 59, 3, *ἀρχόμενος* IV, 64, 1.

velit actionem participio expressam permanere, dum actio primaria fiat. Sic legimus VIII, 23, 1 Ἀσιόχος — πλέων ἐκ τῶν Κεγχρειῶν ἀφικνεῖται ἐς Χίον et eiusdem capituli § 4. νεῶν, αὐτὸς τότε καταλειφθεῖσαι καὶ ὡς ἡ Μυτιλήνη ἐάλω φεύγουσαι¹⁾ περιέτυχον αὐτῷ τρεῖς. Similiter VIII, 38, 1 (Θηριμένης — ἀποπλέων ἐν κέλητι ἀφανίζεται) participium ἀποπλέων, quod proprie de ipsa profectioe usurpatur, a scriptore adhibitum est, quo enuntiaret in ipsa navigatione actionem verbi finiti factam esse.

Quibus de verbis motum aliquem significantibus disputatis non alienum videtur participium ὀρμώμενος, quod permultis locis offensum videmus, nunc tractare. I, 64, 2 legimus haec: ὅς ἀφικόμενος ἐς τὴν Παλλήνην καὶ ἐξ Ἀφύτιος ὀρμώμενος προσήγαγε τῇ Ποτιδαίᾳ τὸν στρατόν; ibi ὀρμᾶσθαι non profectioem tantum, sed omnino initium rerum bello gerendarum significat, ita ut, cum actio verbo προσήγαγε prolata actione participii concludatur, haec plane eiusdem temporis sit atque illa. Eandem sententiam habet hoc participium I, 104, 1; II, 96, 1; IV, 3, 3²⁾; 8, 8²⁾; 52, 2 et 3²⁾; V, 6, 1; VI, 59, 4; VII, 18, 3, quibus locis omnibus dictum est, unde duces et copiae egressi sint rem gesturi. Aliter iudicandum est de participio ὀρμώμενος his locis II, 69, 1; III, 31, 1; 85, 2; VI, 50, 5. Quod enim primo loco legitur ὀρμώμενος ἐκ Ναυπάκτιον explicanti sic Classenio „d. h. mit fester Station in Naupaktos“ non possum non assentiri, quam explicationem etiam in reliquos locos cadere existimo; significat autem ὀρμώμενος his locis eum, qui ad rem gerendam ab eodem semper loco proficiscitur gestaue re ad eundem revertitur.³⁾ Comparantibus igitur duplicem usum participii ὀρμώμενος eveniet haec differentia, ut ὀρμώμενος in exemplis priore loco propositis significet actionem permanentem, nondum perfectam⁴⁾, in exemplis altero loco prolatis condicionem durantem.⁵⁾

Ut autem actionem verborum motum aliquem indicantium actione verbi finiti interrumpi atque finiri posse vidimus, sic actioni eorum participiorum praesentis, quae cum verbis desinendi notione ornatis sint coniuncta, horum actione imponi finem necesse esse patet. Satis est locos afferre, qui sequuntur I, 6, 3; 107, 4; 133. II, 65, 3; 76, 3. IV, 21, 1. VII, 85, 1.⁶⁾

Neque vero eorum tantum praesentis participiorum, de quibus inde a media pag. 11. exposuimus, actio ita est, ut actione verbo primario prolata finiatur, sed etiam aliorum, ut I, 13, 6 (Φωκαῆς τε Μασσαλίαν οἰκίζοντες Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες) participii οἰκίζοντες et II, 62, 3 (αἰσχίον δὲ ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι ἢ κτωμένους ἀνελθεῖν) participii κτωμένους, quo quae continetur actio, eius calamitas aliqua accepta finem facit: quaerentes bona homines calamitate affligi, id est, a quaerendo prohiberi possunt. Quibus propositis exemplis apte

¹⁾ Classen sub hoc participio hanc sententiam subicit, ut statim ex capta Mytilena naves fugisse eo exprimi velit, nescio quo iure; quod contendit, id cum ex orationis contextu tum ex enuntiato coniunctione ὡς formato nasci mihi videtur, in participio vero praesentis nihil aliud inest nisi notio actionis permanentis, quae dum fit naves in Eubulum inciderunt.

²⁾ Simul de iterata actione cogitari potest.

³⁾ Idem sentit scholiasta ὀρμώμενοι III, 31, 1 interpretans „ὀρμητήριον ἔχοντες.“

⁴⁾ Ipsam actionem proficiscendi eamque factam profert scriptor participio aoristi his locis: VI, 3, 3 Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδῆς ἐκ Νάξου ὀρμηθέντες — Λεοντίνοισι τε — οἰκίζουσι — καὶ — Κατάνην. VII, 2, 1 μιᾷ νηὶ τελευταῖος ὀρμηθεὶς πρῶτον μὲν ἀφικνεῖται ἐς τὰς Συρακούσας. VIII, 3, 1 Ἄγρις — ὀρμηθεὶς στρατῷ τινὶ ἐκ Δεκελείας τὰ τε τῶν ξυμμάχων ἡργυρολόγησεν — καὶ —.

⁵⁾ Berg l. l. pag. 16. cum hoc dicat „ὀρμώμενος, ubi proficiscendi notionem exhibet, apud Thucydidem locis adhibitum est viginti quatuor“, distinxisse has diversas notiones non videtur.

⁶⁾ Insunt verba παύεσθαι et κολύειν compositaque.

disputatio traducitur et convertitur in tractanda ea participia praesentis, quae de conatu dicta sunt.

Hic usus participii praesentis plerumque locum habet in verbo *διδόναι* ea subiecta sententia, ut significet offerre; cf. I, 33, 4 (*τῶν μὲν δίδόντων*); 35, 5 (*ναυτικῆς — διδομένης*); 76, 2 (*εἰ ἀρχὴν τε διδομένην ἐδεξάμεθα καὶ...*); 133 (*πίστιν [Πανσανίου] δίδοντας*); 140, 2 (*οὔτε ἡμῶν δίδόντων δέχονται...*); IV, 19, 1 (*διδόντες μὲν εἰρήνην...*); 21, 1 (*διδομένης δὲ εἰρήνης*). Aliorum verborum participia praesentis de conatu usurpata sunt locis his:

- II, 83, 3 *πρὸς τὴν ἀντιπέρας ἡπειρον διαβαλλόντων — κατεῖδον τοὺς Ἀθηναίους — προσπλέοντας —*
- III, 18, 1 *ἐπὶ Μήθυμναν ὡς προδιδομένην¹⁾ ἐστράτευσαν —*
 22, 4 *κατέβαλε γὰρ τις τῶν Πλαταιῶν ἀντιλαμβανόμενος... κεραμίδα —*
 56, 2 *πόλιν γὰρ αὐτοὺς... καταλαμβάνοντας... ἐτιμωρησάμεθα —*
 81, 4 *Κερκυραῖοι — τοὺς ἐχθροὺς δοκοῦντας εἶναι ἐφόνεον, τὴν μὲν αἰτίαν ἐπιφέροντες τοῖς τὸν δῆμον καταλύουσιν —*
- IV, 135, 1 *τοῦ γὰρ κώδωνος παρενεχθέντος οὕτως ἐς τὸ διάκενον, πρὶν ἐπανελθεῖν τὸν παραδιδόντα²⁾ αὐτόν, ἢ πρόσθεσις ἐγένετο —*
- V, 35, 3 *οὐδὲ τοὺς — παρεῖχον ξυμμαχοὺς τὰς σπονδὰς δεχομένους —*
 37, 3 *ὡς ἤσθοντο αὐτοὺς δεχομένους³⁾ τὸν λόγον —*
 82, 5 *ὁ δὲ δῆμος — τὴν τῶν Ἀθηναίων ξυμμαχίαν πάλιν προσαγόμενος τεχιζέει μακρὰ τεῖχη ἐς Θάλασσαν —*
- VIII, 64, 5 *λαβοῦσαι αἱ πόλεις (καὶ) ἄδειαν τῶν πρᾶσσομένων ἐχώρησαν ἐπὶ τὴν ἀντικρὺς ἔλευθερίαν, ubi τὰ πρᾶσσόμενα sunt ea, quae cives multorum oppidorum fieri volebant vel quae facere in animo eis erat.*

Quae enumerata sunt participia praesentis, haec omnia significant, actionem inceptam, sed ad finem nondum perductam, temptatam tantum sive praeparatam aut consilium de ea perpetranda initum et exspectationem, fore ut perficiatur, commotam esse. Conatum autem, quae notio inest in his participiis, utique eo tempore, in quod actio primaria cadat, fieri et facile ex propositis exemplis perspicitur et contra Stahlī sententiam supra⁴⁾ impugnatam firmissime mihi asseverandum est.⁵⁾

Adiciantur duo exemplorum genera, quae societate quadam naturali inter se iuncta sunt. Unum est eorum, quibus quae afferuntur participia praesentis ita ad verbum finitum applicanda sunt, ut actio sive condicio eis prolata ex actione verbi primarii manasse videatur; illa hac durante initium quidem capit, sed hanc durando superat.

¹⁾ Berg l. l. pag. 43. huic participio futuri naturam attribuit, quam attribui necesse esse nego. Kühner, § 382, 6, b) *ὡς προδιδομένην* apte explicat, putantes parari proditionem¹⁾.

²⁾ Ad huius participii usum illustrandum commode comparare possumus, quod attulit Kühner l. l. Dem. 29, 17 *οὐδ' ἐμοῦ παραδιδόντος (τὸν παῖδα), παραλαβεῖν ἠθέλησεν* (quum traditurus essem).

³⁾ Classen interpretatur „geneigt auf den Antrag einzugehen.“

⁴⁾ Pag. 5., adnot. 3 et pag. 6., adnot. 3.

⁵⁾ At iure Stahl l. l. affert hoc exemplum: IV, 85, 1 *ἢν (τὴν αἰτίαν) ἀρχόμενοι τοῦ πολέμου προείπομεν, Ἀθηναῖοις ἐλευθεροῦντες τὴν Ἑλλάδα πολεμήσειν*, et Kühner § 382, 6, a) docet tempus praesens de conatu dici posse, praeter alios locos proponens hunc: Thuc. II, 8 *προειπόντων (τῶν Λακεδαιμονίων), ὅτι τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦσιν.*

Huius modi exempla sunt

- II, 38, 1 *καὶ μὴν καὶ τῶν πόνων πλείστας ἀναπάντας τῇ γνώμῃ ἐπορισάμεθα, ἀγῶσι μὲν γε καὶ θυσίαις διειρησίους νομίζοντες.*
 III, 37, 2 *οὐκ ἔξ ὧν ἂν χαρίζησθε βλαπτόμενοι αὐτοί, ἀκροῶνται ὑμῶν.*
 IV, 40, 1/2 *παρὰ γνώμην τε δὴ μάλιστα τῶν κατὰ τὸν πόλεμον τοῦτο τοῖς Ἑλλήσιν ἐγένετο — ἀπιστοῦντές τε μὴ εἶναι τοὺς παραδόντας (τὰ ὄπλα) τοῖς τεθνεῶσιν ὁμοίους.*
 VI, 23, 1 *participium ὑπερβάλλοντες aoristi participio παρασκευασάμενοι adiungendum.*
 VII, 25, 7 *ἦσαν γὰρ τῶν στανρῶν οὐδ' οὐχ ὑπερέχοντις τῆς θαλάσσης κατέπηξαν.*
 38, 3 *διαλειπούσας¹⁾ δὲ τὰς ὀλάδας ὅσον δύο πλέθρα ἀπ' ἀλλήλων κατέστησεν.*

Alterum exemplorum genus est invicem id, cuius generis sunt ea participia temporis praesentis, quorum ex assidua actione ad extremum efficitur id, quod verbo primario enuntiat. Cui rei sint documento loci hi:

- VI, 6, 2 *ἐδέοντο σφίσι ναῦς πέμψαντας ἐπαμῦναι, λέγοντες — εἰ Συρακόσιοι — τοὺς λοιποὺς ἔτι ξυμμάχους αὐτῶν διασφείροντες αὐτοὶ τὴν ἅπασαν τῆς Σικελίαςσχίσοισι, κίνδυνον εἶναι μὴ ποτε... et*
 18, 6 *ὥσπερ καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν ἅμα νέοι γεραιτέροις βουλευόντες ἐς τὰδε ἦσαν αὐτά.*

Quibus de participio praesentis actionem enuntianti eodem tempore continuatam, quo fit actio primaria, copiose disputatis restat, ut de verbis quibusdam cum participiis iunctis nunc disseram. Verbis desinendi supra²⁾ tractatis adicere possum hoc loco verba videndi; quibus additum participium praesentis actionem sive condicionem significat, quae, dum vere aut ex subiecti verbi primarii cogitatione permanet, sensu videndi percipitur. Cum notissima sit haec iunctio, qua participia praesentis et verba videndi tenentur, satis est duo exempla repetere, quae proprium aliquid habeant: IV, 28, 1 *ὁ δὲ Νικίας — ὄρῶν αὐτὸν ἐπιτιμῶντα — vituperaverat iam Cleon Niciam, attamen participium praesentis usurpatum est, ut significaretur exstare vituperationem³⁾; VII, 47, 1 τοῖς τε γὰρ ἐπιχειρήμασιν ἐώρων οὐ κατορθοῦντες καὶ τοὺς στρατιώτας ἀχθομένους τῇ μονῇ, ubi de participio (οὐ) κατορθοῦντες pariter iudicandum est ac de participio ἀμαρτάνοντες.⁴⁾*

Quoniam ad reliqua verba cum participio praesentis iuncta transii, non dicam de eis, quorum ex natura est, ut cum participio praesentis iungantur, velut *διατελεῖν* VII, 38, 3 et *διάγειν* VII, 39, 2, neque magis de eis, quorum usus nihil habet proprium, sed de verbis *λανθάνειν* maxime et *φθάνειν*. Valde exiguis finibus horum verborum cum participio praesentis coniunctorum usus circumscriptur. Quibus de verbis Madvig⁵⁾ docet haec: „Besonders ist zu merken, dass bei den Aoristen *ἔλαθον* und *ἔφθην* (oder *λανθάνω* und *φθάνω* als historischen Präsens) das (nach § 177) hinzugefügte Partizip von einer einzelnen vorübergehenden Handlung immer im Aorist, und nur bei der Bezeichnung eines dauernden Zustandes

¹⁾ Hoc participium ei, qui suam curam atque operam ad Thucydidis libros edendos contulerunt, recte pro aoristi participio contra codicum memoriam restituerunt.

²⁾ Pag. 12.

³⁾ Cfr. pag. 7.

⁴⁾ Pag. 10.

⁵⁾ Syntax der griechischen Sprache, Braunschweig 1884, § 183, Anm. 2.

(Beschaffenheit) im Präsens steht. Dieser Aorist des Partizips bleibt sogar bei dem Hauptverbum im Aorist ohne Präteritumsbedeutung (im Konjunktiv, Imperativ, Optativ oder Infinitiv) und bei dem Indikativ des Futurum.⁴ Tres omnino locos inveni, quibus aoristus horum verborum cum participio praesentis coniunctus legitur: III, 83, 3 τῷ γὰρ δεδιέναι — μὴ φθάσωσι¹) προεπιβουλευόμενοι, τολμηρῶς πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρουν — V, 6, 3 κατεγαίνετο πάντα αὐτόθεν, ὥστε οὐκ ἂν ἔλαθεν αὐτὸν ὀρμώμενος²) ὁ Κλέων τῷ στρατῷ — VII, 48, 1 ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε — λαθεῖν γὰρ ἂν, ὅποτε βούλοιντο, τοῦτο ποιοῦντες πολλῶ ἦσσαν, et quod docuit vir rerum grammaticarum peritissimus, participio praesentis ad haec verba applicato permanentem condicionem (qualitatem) significari, hoc ita recte est, ut vellem vir doctus planissime dixisset etiam participium praesentis (non solum aoristi) aliis aoristi atque indicativi formis verborum λανθάνειν et φθάνειν adiungi. Cum praesenti tempore horum verborum coniunctum item participium praesentis permanentem condicionem significat, ut I, 141, 7 καὶ ἕκαστος — οἶεται —, ὥστε τῷ αὐτῷ ἐπὶ ἀπάντων ἰδίᾳ δοξάσματος λανθάνειν τὸ κοινὸν ἀθρόον φθειρόμενον. Ceteros autem locos, quibus participia praesentis cum tempore praesenti verborum λανθάνειν et φθάνειν iuncta leguntur, IV, 29, 4 (ἐνόμιζε —) λανθάνειν τε ἂν τὸ ἐπιτῶν στρατιόπεδον πολὺ ὄν διαφθειρόμενον et VI, 99, 2 καὶ φθάνειν ἂν τοῖς στανροῖς προκαταλαμβάνοντες τὰς ἐφόδους, si cum eo, quem attuli, contuleris, nihil alienum invenies, nisi hoc dicendum esse existimes, de futuris rebus cum his duobus locis cogitandum sit, quae quidem se explicaturae animis proponantur, hac quoque ratione scriptorem adductum esse videri, ut participia praesentis adhiberet.³)

Sed in participio praesentis, quo quidem temporum aequalitas intercedens inter actiones primarias et secundarias contineatur, non haec una notio actionis permanentis vel continuatae inest, verum altera, quam ex hac profluere liquet. Unum exemplum quasi norma et regula, ad quam eorum, quae sequuntur, explicatio dirigenda est, praeponatur. Si enim legimus IV, 104, 2 τῶν ἔξω πολλῶν μὲν ἀλισκομένων, τῶν δὲ καὶ καταφενγόντων ἐς τὸ τεῖχος οἱ Ἀμφιπολιταὶ ἐς θόρον μὲγαλ κατέσκησαν, apparet actiones secundarias participiis ἀλισκομένων et καταφενγόντων expressas nondum perfectas esse, sed permanere; quo autem alio modo animis permanentes fingi possunt quam sic, ut de singulis hominibus, qui passim capiuntur aut ad moenia confugiunt, itaque de eiusdem rei crebra repetitione⁴) cogitemus? Similiter comparati sunt hi loci:

I, 138, 2 ἀφικόμενος δὲ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας — μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ πείραν διδοῦς ξυνητὸς φαίνεσθαι.

¹) Quod Madvig l. l. in extremo dicit „Bei ἔφθην giebt es nicht leicht eine Veranlassung zum Präsens“, errare eum iudico, uno nimirum exemplo allato non adductus.

²) Participio praesentis cum designentur omnia, quae ad proficiscendum pertineant, notio condicionis permanentis vere contineri potest.

³) Verbi τυγχάνειν imperfectum cum participio praesentis, aoristum cum aoristi participio coniungi diligentissime collatis exemplis docet Classen (Thukydides. Dritter Band. Berlin, 1875. Anhang pag. 213).

⁴) Quam vim in participio praesentis subesse etiam absoluta et perfecta temporis aequalitate inter actionem secundariam et primariam intercedente, sive actiones sint eiusdem sive diversi generis, demonstratur his locis:

II, 21, 3 ἐν πολλῇ ἔριδι ἦσαν οἱ μὲν κελεύοντες ἐξίέναι, οἱ δὲ τινες οὐκ ἔδωντες et

IV, 56, 8 ἐσέρον δὲ καὶ κατὰ τὸν λιμένα κολυμβηταὶ ὕψυδροι, κελωδίῳ ἐν ἀσκοῖς ἐφέλκοντες μύκωνα μεμελιτωμένην...

- II, 76, 2 καὶ ἐλάνθανον ἐπὶ πολὺ τοὺς ἔξω, ὅσῃ ἐπιβάλλοντας ἦσαν ἀνύειν ὑπαγο-
 μένον αὐτοῖς κάτωθεν τοῦ χόματος καὶ ἰζάνοντος αἰεὶ ἐπὶ τὸ κενούμενον.
 III, 78, 1 καὶ οἱ μὲν Κερκυραῖοι κακῶς τε καὶ κατ' ὀλίγας προσπίπτοντες ἐταλαιπωροῦντο.
 IV, 25, 9 καὶ παρακελεύόμενοι ἐν ἑαυτοῖς ὡς οἱ Λεοντῖνοι σφίσι καὶ ἄλλοι Ἕλληνες
 ξύμμαχοι ἐς τιμωρίαν ἐπέρχονται, ἐκδραμόντες ἄφνω ἐκ τῆς πόλεως προσπίπτουσι
 τοῖς Μεσσηνίοις.
 V, 10, 9 οἱ πελαστικαὶ περιστάντες καὶ ἐσακοντίζοντες αὐτοὺς ἔτρεψαν.
 VI, 38, 2 καὶ δέδοικα μέντοι μήποτε πολλὰ πειρωῶντες καὶ κατορθώσωσιν.
 VII, 82, 1 ἐπειδὴ δ' οὖν δι' ἡμέρας βάλλοντες πανταχόθεν τοὺς Ἀθηναίους καὶ ξυμμάχους
 ἐώρων ἤδη τεταλαιπωρημένους.

Ad totum hunc locum, quem adhuc tractavi, monendum est actionem eo participio praesentis, quod cum temporibus praeteritis coniunctum est, deformatam eis, qui legunt, ipsam quoque praeteritam, eis, qui rem verbo primario demonstratam gerunt, praesentem et eiusdem temporis atque actionem verbi primarii comparere.

Participii praesentis naturam ac vim hanc esse supra demonstravi, ut actio sive condicio permanens eo enuntietur, quam ad verbum finitum relatam in idem tempus necesse sit cadere, in quod actio verbo finito prolata cadat. Ingenti exemplorum numero, quem eis, quae antecesserunt, quin confecerim atque compleverim multum abest, hic usus participii praesentis probatur; atqui supersunt permulti loci, ubi participia praesentis adhibita sunt de actionibus et condicionibus, quae non eiusdem temporis sint, cuius actiones verbis finitis enuntiatae. Medium huius et illius generis exemplorum locum eis exemplis attribuendum esse censeo, quibus ea participia praesentis prompta expositaque praebeantur, quorum actio aut condicio, cum per aliquod temporis spatium iam manserit, permaneat etiam eo tempore, quo actio primaria fiat. Quo in numero referendi sunt hi loci:

- I, 68, 2 μέγιστα ἐγκλήματα ἔχομεν, ὑπὸ μὲν Ἀθηναίων ὑβριζόμενοι, ὑπὸ δὲ ὑμῶν ἀμε-
 λούμενοι.
 III, 13, 6 πάθοιμ' ἢ ἂν δεινότερα ἢ οἱ πρὶν δουλεύοντες.
 V, 112, 2 οὔτε — οὔτε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πόλεως ἐπιτακόσια ἔτη ἤδη οἰκουμένης τὴν ἐλευθε-
 ρίαν ἀφαιρησόμεθα.
 VI, 93, 1 οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι διανοούμενοι μὲν καὶ αὐτοὶ πρότερον στρατεύειν ἐπὶ τὰς
 Ἀθήνας — πολλῶ μᾶλλον ἐπερρώσθησαν.
 VII, 12, 3 νῦν δὲ αἵ τε νῆες διάβροχοι, τοσοῦτον χρόνον ἤδη θαλασσεύουσαι.
 — 67, 1 ἡμῶν δὲ τό τε ὑπάρχον πρότερον — βεβαιότερον νῦν.

Ea autem exempla, quibus quae proponuntur participia praesentis actionem primariae antecedentem exhibent, in duo genera distribui possunt, quorum unum ea, in quibus participio quaedam vocabula aut tota enuntiata addita sunt praeteritum tempus denotantia, alterum ea complectitur, quorum participia his vocabulis aut enuntiatis carent. De priore genere paucis absolvere possum; significat enim participium praesentis suo nomine nihil aliud nisi actionem sive condicionem permanentem, hanc autem, quod ad tempus attineat, praepositam esse actioni verbo finito prolatae demonstratur vocabulis illis aut enuntiatis tempus praeteri-

tum notantibus; valet igitur his locis propria participii praesentis natura. Quod probetur exemplis, quae sequuntur:

- I, 30, 4 τὸ θέρους τοῦτο ἀντικαθεζόμενοι¹⁾ χειμῶνος ἤδη ἀνεχώρησαν ἐπ' οἶκον ἐκάτεροι.
 II, 29, 1 οἱ Ἀθηναῖοι, (Νυμφόδορον τὸν Πύθει) πρότερον πολέμιον νομίζοντες,¹⁾ πρόξενον ἐποιήσαντο.
 — 58, 2 ἡ νόσος — ἐπίεσε τοὺς Ἀθηναίους — ὥστε καὶ τοὺς προτέρους στρατιώτας νοσήσαι — ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνου ἡγιαίνοντας.
 III, 9, 2 μηδέ τῃ χείρους δόξωμεν εἶναι, εἰ ἐν τῇ εἰρήνῃ τιμώμενοι¹⁾ ἐπ' αὐτῶν ἐν τοῖς δεινοῖς ἀφιστάμεθα.
 IV, 30, 3 οὕτω δὴ τοὺς τε Λακεδαιμονίους μᾶλλον κατιδὼν πλείους ὄντας, ὑπονοῶν πρότερον ἐλάσσοσι τὸν σῖτον αὐτοὺς ἐσπέμπειν, — τότε... τὴν ἐπιχείρησιν παρεσκευάζετο.
 V, 32, 4 οἱ Κορίνθιοι μέχρι τούτου προθύμως πράσσοντες ἀνεῖσαν τῆς φιλονεικίας.
 — 38, 4 οἱ δὲ βοιωτάρχαι, μέλλοντες πρότερον — καὶ τὴν ξυμμαχίαν πειράσσεσθαι πρὸς Ἀργείους ποιεῖν, οὐκέτι ἐσήνεγκαν περὶ Ἀργείων ἐς τὰς βουλὰς.

Reliquorum exemplorum participia tantum et vocabula illa aut enuntiata appono:

- I, 2, 1 οὐ πάλαι — οἰκουμένη, — οὔσαι τὰ πρότερα — ἀπολείποντες; 6, 6 τὸ παλαιὸν Ἑλληνικὸν — διαιωόμενον; 14, 1 ταῦτα, πολλαῖς γενεαῖς ὕστερα γινόμενα τῶν Τρωικῶν, — χρώμενα; 32, 4 δοκοῦσα — πρότερον; 42, 2 ὑπαρχούσης πρότερον. III, 76 μετὰ τὸν ἐκ τῆς Ἰωνίας πλοῦν (ἐφ' ὄρωφ) οὔσαι; 89, 2 τότε οὔσης et πρότερον οὔσα. IV, 3, 2 (ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ) ποτε οὔση(γῆ); 18, 1 πρότερον — νομίζοντες; 26, 8 τὸ πρῶτον λανθανόντων; 38, 1 τῶν πρότερον ἀρχόντων; 41, 3 (ἀμαθεῖς) ὄντες ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ. V, 26, 4 ἀρχομένου πολέμου καὶ μέχρι οὗ ἐτελεύτησε προφερόμενον; 40, 2 πρότερον ἐλπίζοντες; 3 πρότερον οὐ δεχόμενοι; 42, 2 φάσκοντες πρότερον; 81, 1 τὸ μὲν πρῶτον ἀντέχοντες; 112, 2 τῇ τε μέχρι τοῦδε σωζούση(τύχη). VI, 16, 2 πρότερον ἐλπίζοντες; 60, 4 δεινὸν ποιούμενοι πρότερον; 77, 2 πρὸ δὲ αὐτοῦ — τὸν πάσχοντα; 82, 1 τῆς πρότερον οὔσης (ξυμμαχίας); 86, 4 κωλύοντας — ἀνέχοντας — μέχρι τοῦδε; 92, 2 (φιλόπολις) ποτε δοκῶν (εἶναι); 93, 1 participia μέλλοντες et περιορώμενοι cum adverbio quod antecedit πρότερον coniungenda. VII, 13, 2 τὸ πρῶτον — οἰόμενοι; 28, 1 πρότερον — θᾶσσον οὔσα; 33, 2 οἱ πρότερον περιορώμενοι; 36, 5 τῇ τε πρότερον (ἀμαθία) — δοκούση (εἶναι); 37, 3 τὸ πρῶτον — οἰόμενοι; 68, 3 τῇ — καρπομένη καὶ πρὶν (ἐλενθερίαν βεβαιωτέραν παραδοῦναι). VIII, 16, 3 τὸ πρῶτον οὐκ ἐσδεχόμενοι.

In altero genere exemplorum copiosior disputatio requiritur. Ordiamur ab his duobus locis:

III, 113, 4 Οὐκ ἄρα τῶν μεθ' ἡμῶν μαχομένων ἐστίν (τὰ ὄπλα).

VII, 61, 3 ἀλλ' ὅσοι τε Ἀθηναίων πάρεστε — καὶ ὅσοι τῶν ξυμμάχων, ξυστρατευόμενοι ἀεὶ μνήσθητε τῶν ἐν τοῖς πολέμοις παραλόγων, quorum loco priore οἱ μαχόμενοι εἰ, qui pridie eius diei, quo agebantur quae narrantur, iam pugnaverant, altero ξυστρατευόμενοι Athe-

¹⁾ Qua est sagacitate Rieckher l. l. (Heilbronn 1852) pag. 4. de participio ἀντικαθεζόμενοι verum suspicatus est. Vellem in eadem sententia permansisset; at in altera commentarioli parte (Heilbronn 1853) pag. 18 hoc participium vim aoristi habere dicit. Miror etiam, quod vir doctus in eadem parte — pag. 11. — participia νομίζοντες et τιμώμενοι imperfecti esse contendit, quamquam tempus praeteritum et adverbio πρότερον et verbis ἐν τῇ εἰρήνῃ clarissime notatur aequae ac I, 30, 4 verbis τὸ θέρους τοῦτο.

niensium socii appellati sunt, qui omnium rerum bello ab Atheniensibus gestarum semper participes fuerant ad id tempus, quo Nicias eos cohortatus est, ut res in bellis praeter opinionem incidentes reminiscerentur. Praeteritae igitur sunt res his participiis praesentis enuntiatae, sed quaeritur, num haec praeteritarum actionum notio consistat in ipso participio praesentis. Quod cum prorsus negem, ex totius loci sententia hanc notionem fluxisse, praesentis vero participio nil nisi actionem vel condicionem permanentem significari puto¹⁾; quae ut eminens et prompta esset efficere cum scriptoris interfuisse videatur, alii temporis locus erat nulli nisi temporis praesentis²⁾, quoniam aoristi participio nihil nisi factam esse actionem, perfecti participio factam esse quaeque ex facta evenerint permanere enuntiatur.

Ceteris locis, quibus actionem participio praesentis prolatam antecedere primariae actioni ex toto rerum ordine potest perspicui, fere omnibus hoc commune est, ut actio iterata³⁾ participio praesentis exhibeatur; de his igitur exemplis nunc agendum est. Quae si accuratius contemplatus eris, plerumque verbi finiti, cum et ipsum actionem saepius repetitam exprimat, imperfectum tempus positum esse intelleges, id quod omnibus eis locis accidisse videbis, quibus res bello gestae eaeque repetitae describuntur magis quam narrantur.

Sic legimus II, 75, 2 *ξύλα μὲν οὖν τέμνοντες ἐκ τοῦ Κιθαιρώνος παρφοκόμενον ἐκατέρωθεν* et § 4. *ἐσφοκόμενον ἐς αὐτὸ πλίνθους ἐκ τῶν ἐγγὺς οἰκιῶν καθαιροῦντες*, quibus locis satis demonstratur actiones participiis praesentis expressas necesse esse actionibus primariis antecedere. Alia eiusdem generis exempla inveniuntur

- I, 2, 6 *οἱ πολέμῳ ἢ σιάσει ἐκπίπτοντες παρ' Ἀθηναίους — ἀνεχώρουν.*
 — 11, 1 *οἱ Τρωῆς — τὰ δέκα ἔτη ἀντειχόν βία, τοῖς αἰὲ ἐπολεμπομένοις⁴⁾ ἀντίπαλοι ὄντες.*
 — 99, 2 *ἠϊδιὸν τε προσάγεσθαι ἦν αὐτοῖς τοὺς ἀφισταμένους.*
 II, 76, 1 *ἐνειλλόντες — ἐσέβαλλον⁵⁾ — διαχεόμενον — φοροῖτο — 4 βρόχους τε περιβάλλοντες ἀνέκλων — ἐμπίπτουσα — ἀπεκαύλιζε.*
 — 77, 3 *φοροῦντες⁶⁾ — παρέβαλλον.*
 III, 23, 2 *ὁ δὲ διακομιζόμενος αἰὲ ἴστατο ἐπὶ τοῦ χεῖλους τῆς τάφρου.*
 — — 3 *οἱ ἀπὸ τῶν πύργων χαλεπῶς οἱ τελευταῖοι καταβαίνοντες ἐχώρουν ἐπὶ τὴν τάφρον.*
 IV, 69, 2 *κόπτοντες τὰ δένδρα καὶ ὕλην ἀπεστειρόντων.*
 VI, 99, 1 *λίθους καὶ ξύλα ξυμφοροῦντες⁶⁾ παρέβαλλον.*

¹⁾ Etiam infinitivum praesentis pariter usurpatum esse exemplis propositis confirmavit Forssmann, de infinitivi temporum usu Thucydideo. Dissert. inaug. Lipsiae 1873. pag. 62. Haud sciam, an duo illa participia ratione habita permanendi notionis recte patrio sermone reddiderim sic: „die, welche im Gefechte gewesen sind (οἱ μαχόμενοι) — da ihr mit uns im Felde gestanden habt (ἔνστρατευόμενοι).“

²⁾ Qua de causa non possum facere cum eis viris doctis, qui in explicandis eiusmodi locis pro participio praesentis nomine participii imperfecti utantur; imperfecto enim tempore non solum actio vel condicio permanens, sed etiam res praeterita exprimitur, quae sententia sub ipso participio praesentis minime subicienda est.

³⁾ Non intermitto dicere hanc notionem etiam in participio *ἔνστρατευόμενοι* VII, 61, 3 inesse posse.

⁴⁾ Licet conferre participium *λειπόμενος*, de quo proposui pag. 9.

⁵⁾ Imperfectum enim contra Classenium cum Krügero, Schoenio, aliis scribendum esse censeo, cum hic locus pariter ac reliqui huius generis, quibus omnibus imperfectum legitur, in describenda re versetur.

⁶⁾ Hoc tamen monendum est finem quidem portandi et coniectum eorum, quae comportata sunt, in idem tempus cadere.

VII, 25, 6 ὄνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυροὺς καὶ ἀνέκλων καὶ κατακολυμβῶντες ἐξέπριον — 7 δνόμενοι ἐξέπριον.

VIII, 38, 5 οἱ δ' ἐκ τῆς Σάμου νῆες αὐτοῖς ἐπίπλους μὲν ἐποιοῦντο ταῖς ἐν τῇ Μιλήτῳ, ἐπεὶ δὲ μὴ ἀντιανάγειν, ἀναχωροῦντες πάλιν ἐς τὴν Σάμον ἠσύχαζον; hoc loco et imperfecta ἐποιοῦντο — ἠσύχαζον et optativus ἀντιανάγειν repetitae actionis notionem participio ἀναχωροῦντες expressam maxime perspicuam faciunt.

Reliquis quoque locis longe plurimis, quibus res saepius repetitae narrantur, verbum primarium imperfecto tempore¹⁾ adhibitum est, ut

I, 91, 1 τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνουμένων²⁾ καὶ σαφῶς κατηγορούντων ὅτι —, οὐκ εἶχον ὅπως χρῆ ἀπιστῆσαι. 95, 3 idem participium.

II, 50, 2 οἱ δὲ κύνες μᾶλλον αἰσθησιν παρεῖχον τοῦ ἀποβαίνοντος διὰ τὸ ξυνδαιτυῖσθαι.

III, 10, 6 καὶ πιστοὺς οὐκέτι εἶχομεν ἡγεμόνας Ἀθηναίους, παραδείγμασι τοῖς προοιγομένοις χρώμενοι.

68, 2 αὐθις τὸ αὐτὸ ἓνα ἕκαστον παραγαγόντες καὶ ἐρωτῶντες — ὁπότε μὴ φαῖεν, ἀπάγοντες ἀπέκτεινον.³⁾

81, 2 εἴ τινα λάβοιεν, ἀπέκτεινον καὶ — ἐκβιβάζοντες ἀπέκτεινον.

IV, 26, 6 καὶ ἐσῆγον ἄλλοι τε παρακινδυνεύοντες καὶ μάλιστα οἱ Εἰλωτες, ἀπαίροντες ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου ὁπόθεν τύχοιεν.⁴⁾

47, 3 καὶ ὕστερον ἐξάγοντες κατὰ εἰκοσιν ἄνδρας διῆγον διὰ δυοῖν στοίχον ὀπλιτῶν.

48, 3 οἱ πολλοὶ σφᾶς αὐτοὺς διέφθειρον — κλιῶν τιῶν — τοῖς σπάρτοις καὶ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες ἀπαγχόμενοι, ubi participium ποιοῦντες ei, quod sequitur, participio ἀπαγχόμενοι subiectum est.

His locis omnibus unaquaeque de pluribus actionibus participio praesentis prolati actioni primariae antecedit; nihilo minus ut eiusdem rei crebra repetitio veniret in conspectum, participium praesentis usurpatum est; nam participium aoristi nihil aliud significaret nisi singularem actionem aut, si de pluribus cogitari liceret, has quasi in unam comprehen-

¹⁾ Aoristus verbi primarii legitur II, 90, 6 τὰς δὲ τινὰς (ναῦς) οἱ Μεσσήμιοι παραβοηθήσαντες καὶ ἐπεσβαίνοντες ξὺν τοῖς ὀπλοῖς ἐς τὴν θάλασσαν καὶ ἐπιβάτες ἀπὸ τῶν καταστροφμάτων μαχόμενοι ἀφείλοντο ἐλκομένας ἤδη et VI, 18, 2 τὴν τε ἀρχὴν οὕτως ἐτιησάμεθα — παραγιγνόμενοι τοῖς αἰεὶ — ἐπικαλούμενοι (ubi ἐπικαλούμενοι pendet ex παραγιγνόμενοι).

²⁾ Classenii explicatio „das part. οἱ ἀφικνούμενοι hat durch den konstanten Gebrauch von den aus der Fremde Kommenden eine fast substantivische Bedeutung gewonnen (etwa wie unser die Reisenden in etwas anderem Sinn)“ mihi videtur nulla esse; verbis τῶν δὲ ἄλλων, quae uni Themistocli opposita sunt, cum ceteri omnes, qui extra Themistoclem Spartam advenerint, designentur, actionem participio ἀφικνουμένων prolatam saepius repetitam esse eodem modo quo actionem participio κατηγορούντων enuntiatam patet.

³⁾ Quod exemplum utilissimum duco cum ad ostendendas actiones repetitas, quae quidem participiis praesentis enuntiantur, tum ad scriptoris libertatem et licentiam dicendi demonstrandam, qua usus participium aoristi cum participiis praesentis coniunxit; totam enim actionem verbi παραγαγόντες in conspectum venire, non singulas easque repetitas res vult proferri. — Ad participium ἐρωτῶντες explicandum valent etiam ea, quae pag. 6/7 de verbis interrogandi exposui.

⁴⁾ cf. Kieser, Thucydidea — Programm des Grossherzoglichen Gymnasiums zu Mainz, Schuljahr 1884—85 — pag. 13. Idem eodem loco affert aliquot participia praesentis, quae cum optativo iterativo, qui vocatur, coniuncta sunt, quorum unum quidem huc referre possum: VIII, 56, 4 ὥστε τὸ τῶν Ἀθηναίων, καίπερ ἐπὶ πολὺ ὅτι αἰτοίη ξυγχορούντων, ὁμοῦς αἴτιον γενέσθαι.

deret; cui rei documento est unum exemplum, quod invenitur VII, 74, 2 *καὶ δ' ἄλλας — ἀναδησάμενοι*¹⁾ ἐκόμιζον ἐς τὴν πόλιν.

Quae supersunt exempla, si quae saepius occurrunt, in uno loco composita tractentur, aliorum nonnulla ad rem amplificandam et augendam in medium procedant.

ἀκούοντες participium de rebus saepius auditis usurpatum est I, 91, 1²⁾ et VI, 6, 3³⁾, totam si horum locorum sententiam spectamus, similiter

πυρθανόμενοι I, 64, 2. III, 18, 3. IV, 108, 3 (de nuntiis dictum ab incolis singulorum oppidorum auditis). VI, 91, 6. VII, 1, 1.⁴⁾ VIII, 83, 1.

τὰ παραγγελλόμενα I, 121, 2. II, 11, 9; 84, 3; 89, 9. III, 55, 3. IV, 34, 3. *φοιτῶντες* — cuius verbi nullum participium invenitur nisi praesentis — I, 95, 1; 139, 1. IV, 41, 4.

γιγνόμενοι II, 21, 3 (*κατὰ ξυστάσεις*). III, 27, 3 (*κατὰ ξυλλόγους*). V, 90 ὁ αἰὲ ἐν κινδύνῳ γιγνόμενος. — οἱ ἐπιγιγνόμενοι I, 144, 5. II, 44, 3; 64, 3.

παριόντες I, 67, 4; 139, 4. VI, 15, 1 semper de oratoribus saepius prodeuntibus dictum sive iisdem sive pluribus deinceps sese excipientibus.⁵⁾

Aliorum exemplorum afferantur haec:

I, 23, 2 *εἰς δὲ αὐτὴν καὶ οὐκ ἴσχυον μετέβαλον ἀλισκόμενα*.⁶⁾

56, 2 *οἱ Ἀθηναῖοι Ποντιακάτας — ἐκέλευον τὸ — τεῖχος καθελεῖν —, δοῦναι — ἐκπέμπειν —, δεισάντες μὴ ἀποσιῶσιν ὑπὸ τε Περδίκκου πειθόμενοι*⁷⁾ καὶ Κορινθίων.

III, 82, 7 *καὶ ὄρκοι εἴ ποιν ἄρα γένοιτο ξυναλλαγῆς ἐν τῷ ἀντίκα πρὸς τὸ ἄπροον ἐκτέρφ διδόμενοι*⁸⁾ ἴσχυον.

IV, 26, 2 *διαμώμενοι τὸν κάχληκα οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῇ θαλάσῃ ἔπινον οἶον εἰκὸς ὕδωρ.*

V, 35, 4 *οὔτε Πύλον ἀπαιτούντων*⁹⁾ αὐτῶν ἀπεδίδοσαν.

VI, 53, 2 *πάνν χρηστοὺς τῶν πολιτῶν ξύλλαμβάνοντες κατέδουν.*

¹⁾ Ceteris locis *ἀναδόμενοι* (VI, 25, 6). I, 50, 1. II, 90, 6. IV, 14, 1, 2.

²⁾ Quamquam hoc exemplum supra — pag. 8 — tractatum est, tamen id repetendum hic esse censeo respiciens eiusdem pag. adnot. 2.

³⁾ Classen ad VIII, 75, 1 haec dicit: „ἀκούοντες — ist hier, wie 6, 6, 3 —, wegen des Umfanges der vorgebrachten Erzählungen, als Part. Imperf. sehr angemessen“, parum apte.

⁴⁾ cf. VI, 104 *αἱ ἀγγελίαι ἐφοίτων*.

⁵⁾ Igitur Krüger, cum ad VI, 15, 1 adnotet participium *παριόντες* plane eodem sensu adhibitum esse atque aoristi participium *παρελθόντες*, videtur errasse. Idem sentit Rieckher l. l. (zweite Hälfte) pag. 17. *ἰών* docens participium aoristi accipiendum esse et exempli gratia afferens I, 67.

⁶⁾ Kühner § 382, 4, b) et Rieckher l. l. (zweite Hälfte) pag. 14 hoc participium ita explicant, ut rei participio significatae eventum pertinere ad tempus praesens dicant. Abiecta hac contorta explicatione facere non possum, quin Classenii sententiam comprobem vim participii *ἀλισκόμενα* toto enuntiato sic illustrantis „ἐπὶ τε ἀλισκοῦντο.“

⁷⁾ Ab Classenio, cum in explicando hoc loco IV, 65, 1 participio *πειθόμενοι* I, 56, 2 eandem vim tribuere videatur atque his locis III, 3, 3. IV, 18, 5; 65, 1, dissentio; nam hoc loco, de quo nunc quaerimus, *πειθόμενοι* significat verbis pervicti, ceteris omnibus oboedientes vel obsequentes.

⁸⁾ Huc si retulerimus hunc locum, non opus est Krügeri coniectura *δεδομένοι*, praesertim si totum enuntiatum *εἰ γένοιτο* et imperfectum *ἴσχυον* pariter repetitionem indicantia spectaverimus.

Faber, adnotationes ad Thuc. l. III, cap. 82 et 83 spectantes (Jahresbericht über das Gymnasium zu Warburg 1890) pag. 9. interpretans „ὄρκοι διδόμενοι videntur hoc loco esse iura iuranda accepta“ etsi tempus participii non explicavit, at certe sententiam percepit.

⁹⁾ Hoc loco et VI, 105, 2 etiam in memoriam ea redigi velim, quae pag. 7 de verbis iubendi, postulandi, aliis dixi.

105, 2 καὶ πολλάκις Ἀργείων κελενόντων — οὐκ ἤθελον.

VII, 18, 2 αὐτοὶ οὐκ ὑπήκουον ἐς δίκας προκαλουμένων¹⁾ τῶν Ἀθηναίων — quod participio praesentis enuntiatur, hoc saepius factum esse non solum ex tota loci sententia coniectura perspici, sed perlectis certis scriptoris verbis I, 78, 4 et I, 145 certo sciri potest.

57, 9 μισθοφόροι, ἐπὶ τοὺς αἰὶ πολεμίους σφίσιν ἀποδεικνυμένους εἰωθότες ἰέναι.

VIII, 53, 2 ἡρώτα ἕνα ἕκαστον παράγων τῶν ἀντιλεγόντων.

76, 3 καὶ παραινέσεις ἄλλας τε ἐποιοῦντο ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀνιστάμενοι.

83, 3 καὶ ξυνιστάμενοι κατ' ἀλλήλους — οἱ στρατιῶται ἀνελογίζοντο.

Repetitionis autem notionem sub participio praesentis subiciendam esse censeo etiam eis locis, in quibus universa inest sententia. Cum enim sententia universe conformata et comprehensa consistat potissimum in complectendis omnibus eiusdem generis rebus, participium praesentis, si ad has res enuntiandas a scriptore electum est, quanam ratione aptius explicandum putas quam impertita notione actionis repetitae?

Tale enuntiatum generali sensu instructum exstat I, 40, 4: καίτοι δίκαιοί γ' ἐστὲ μάλιστα μὲν — σιῆσαι —, εἰ δὲ μή, — ἰέναι —, καὶ τὸν νόμον μὴ καθιστάναι ὅστε τοὺς ἀγιστάμενους δέχεσθαι — ius esse dicunt legati Corinthiorum Athenienses non hanc sibi statuere legem, ut, quicumque ab alteris deficiant, hos sibi socios asciscant, non dicunt, ius esse Athenienses Corcyraeos, qui a Corinthiis defecerint, socios sibi non asciscere; igitur οἱ ἀγιστάμενοι omnes ei dicti sunt, quos tempore quopiam deficere posse suspicandum est, participioque praesentis minus actio vere repetita quam ea, cuius repetitio tantummodo cogitatione fingatur, expressa est. Huic alterum enuntiatum, quod habeat generalem sententiam, opponatur:

III, 46, 4 ὅστε οὐ δικαστὰς ὄντας δεῖ ἡμᾶς μᾶλλον τῶν ἑξαμαρτανόντων ἀκριβεῖς βλέπτεσθαι ἢ ὄραν ὅπως ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον μειρώως κολάζοντες ταῖς πόλεσιν ἔξομεν — χρῆσθαι —

participio τῶν ἑξαμαρτανόντων, cum verbis sequentibus ὅπως — μειρώως κολάζοντες τ. π. ἔξομεν... adiuncta sint haec ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον, Mytilenaeos, a quibus ea erat contracta culpa, ut ab Atheniensibus desciscerent, designari sentimus; agitur enim eo tempore, quo Diodotus haec verba facit, de supplicio in Mytilenaeos victos constituendo, eique, quod Atheniensibus in praesentia faciendum est, id opponitur, quod in futurum tempus prospiciendum esse orator existimat. Scriptor autem, quamquam certa res ante oculos eius obversabatur, tamen universam in enuntiatum sententiam conclusit, cui aptum est participium praesentis repetitae actionis notione instructum. His duobus exemplis propositis et enucleatis generalem sententiam enuntiata in se continentia distingui possunt et ea, quae de certis quibusdam rebus significant saltem, et ea, quae hac ratione careant. Neque illa ab his separatim, quoniam numero his aliquanto sunt inferiora, proponam. Exempli causa paucos locos nomino:

II, 61, 3 δουλοὶ γὰρ φρόνημα τὸ αἰφνίδιον καὶ ἀπροσδόκητον καὶ τὸ πλείστω παραλόγῳ ξυμβαῖνον.

¹⁾ At II, 74, 3 προκαλεσάμενοι γὰρ πολλὰ καὶ εἰκότα οὐ τυγχάνομεν.

- III, 9, 1 τοὺς γὰρ ἀφισταμένους¹⁾ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ξυμμαχίαν τὴν πρὶν ἀπολείπον-
τας οἱ δεξάμενοι — ἐν ἡδονῇ ἔχουσι.
39, 2 ἀπόστασις μὲν γε τῶν βίαιόν τι πασχόντων ἐστίν.
40, 6 μάλιστα δὲ οἱ μὴ ξὺν προφάσει τινὰ κακῶς ποιοῦντες ἐπεξέρχονται καὶ διολλύναι,
τὸν κίνδυνον ὑφορώμενοι τοῦ ὑπολειπομένου²⁾ ἐχθροῦ.
43, 3 ὁ γὰρ διδοὺς φανερῶς τι ἀγαθὸν ἀνθυποπιτεύεται ἀφανῶς πῆ πλέον ἔξειν.
47, 3 τὸν δῆμον — ξύμμαχον ἔξουσι προδειξάντων ἑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς τε
ἀδικοῦσιν³⁾ ὁμοίως κείσθαι καὶ τοῖς μὴ.
67, 1 παλαιὰς ἀρετὰς —, ἅς χεὶρ τοῖς μὲν ἀδικουμένοις³⁾ ἐπικόρους εἶναι, τοῖς δὲ
ἀισχρὸν τι δρῶσι διπλασίας ζημίας.
67, 4 οἷκιον τε ἀξιώτεροι τυγχάνειν οἱ ἀπρεπές τι πάσχοντες τῶν ἀνθρώπων.
IV, 17, 4 καὶ μὴ παθεῖν (ἔξεστι) ὅπερ οἱ ἀήθως τι ἀγαθὸν λαμβάνοντες τῶν ἀνθρώπων.
60, 2 ἄνδρας οἱ καὶ τοὺς μὴ ἐπικαλουμένους αὐτοὶ ἐπιστρατεύουσι.
63, 2 γινώμεν πειθόμενοι μὲν ἑμοὶ πόλιν ἔξοντες ἕκαστος ἔλενθέραν, ἀφ' ἧς αὐτοκρά-
τορες ὄντες τὸν εὖ καὶ κακῶς δρῶντα ἐξ ἴσον ἀρετῇ ἀμυνοῦμεθα.

Ut eiusmodi exempla in orationibus maxime quaeramus et ex eis depromamus, ipsa naturae ratio exigere mihi videtur, cum oratorum sit de tota, quam in medium vocarint, causa aut commendandi aut refutandi gratia in omnes partes disserere; ad hanc rem con-
ficiendam saepissime enuntiatione generali uti solent argumento.

Quod de enuntiatis universo sensu praeditis exposui, id ad ea quoque enuntiata valere mihi videtur, in quibus condicio participio praesentis expressa inest; incertum enim illud, quod cuiusvis condicionis proprium est, ad similitudinem sententiae universae prope accedit. Hoc tamen tenendum est non omnibus locis sola condicione hanc vim contineri, sed haud raro in toto sermonis genere consistere exque eo profluere, quod genus hic locus est VII, 66, 3 ἄνδρες γὰρ ἐπειδὴν ᾧ ἀξιοῦσι προῦχειν κολουθῶσι, τό γ' ὑπόλοιπον αὐτῶν τῆς δόξης ἀσθενέστερον — ἐστίν — καὶ τῷ παρ' ἐλπίδα τοῦ ἀρχήματος σφαλλόμενοι⁴⁾ καὶ παρὰ ἰσχρὸν τῆς δυνάμεως ἐνδιδάσιν, ubi, cum respondeant inter se enuntiatum ἐπειδὴν — κολουθῶσι et participium σφαλλόμενοι, hoc participio condicionem efferri -- quae condicio ex tota loci sententia universam vim induit — luce clarius est; at hoc loco IV, 9, 3 οὔτε γὰρ αὐτοὶ ἐλλίζοντές ποτε ναυσὶ κρατηθήσονται οὐκ ἰσχυρὸν ἐτείχιζον, ἐκείνοις τε βιαζομένοις⁵⁾ τὴν ἀπόβασιν ἀλώσιμον τὸ χωρίον γίγνεσθαι in ipsa condicione universam participii βιαζομένοις vim positam esse existimo, quam

¹⁾ Idem participium § 2 iterum legitur. Quod cum Rieckher l. l. (Heilbronn 1853) pag. 14 de duranti effectu dictum esse contendat, ab eo dissentio.

²⁾ cf. pag. 18, adnot. 4.

³⁾ Juvat simul ad horum participiorum usum eum convertere animos, quem paulo infra — pag. 24 — tractavi.

⁴⁾ VII, 61, 2 si legimus haec ἀθυμεῖν δὲ οὐ χεὶρ οὐδὲ πάσχειν ὅπερ οἱ ἀπειρότατοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ τοῖς πρώτοις ἀγῶσι σφαλέντες — τὴν ἐλπίδα — ὁμοίαν ταῖς ξυμφοραῖς ἔχουσαν, aoristi participium non ad omnes, de quibus cogitari potest, eiusdem generis res, quibus quis labefactetur, sed ad singulas quasdam, quibus labefactatus sit, spectare liquet. Ab hoc loco non multum is discrepat, qui sequitur, V, 90 ἐπὶ μεγίστη τιμωρίᾳ σφαλέντες ἂν τοῖς ἄλλοις παράδειγμα γένοισθε.

⁵⁾ Classen, cum haec adnotat: „βιαζομένοις wäre zu erwarten gewesen: das part. praes. scheint das Unbestimmte, Unwahrscheinliche des Falles anzudeuten“, participio praesentis eam vim tamquam impingit quam aliis locis frustra quaesierit quisquam.

vim in actionis repetitione cerni ex eis, quae supra¹⁾ diximus, intellegitur. Pleno enuntiato et oratione recta futurum fuisse censeo, ut verba sic pronuntiarentur: *εἰ βιάζονται τὴν ἀπόβασιν, ἀλώσιμον αὐτοῖς τὸ χωρίον γίγνεται*; participio autem *βιάζομενοις*²⁾ pro toto enuntiato *εἰ βιάζονται* posito omnis facultas per vim navibus appulsis in terram exeundi significari itaque haec sententia loci mihi videtur esse, non solum una aliqua, sed unaquaque facultate escensionis per vim faciendae ab navibus in terram data Lacedaemoniis fieri potestatem castelli capiendi.³⁾

Huc praeter alios locos retulerim hos:

- I, 118, 3 καὶ αὐτὸς ἔφη ξιλλήψεσθαι καὶ παρακαλούμενος⁴⁾ καὶ ἄκλητος.
 140, 1 δικαίῳ τοῖς κοινῇ δόξασιν — βοηθεῖν ἢ μηδὲ κατορθοῦντας τῆς ξυνέσεως μεταποιεῖσθαι.
 IV, 105, 1 ὁ Βρασίδας — ἠπείγετο προκατασχεῖν, εἰ δύναίτο, τὴν πόλιν, μὴ ἀφικνουμένον αὐτοῦ (τοῦ Θουκυδίδου) τὸ πλῆθος τῶν Ἀμφιπολιῶν — οὐκέτι προσχωροῖ.
 V, 17, 1 νομίζων — τῶν Λακεδαιμονίων τοὺς ἄνδρας κομιζομένων⁵⁾ καὶ αὐτὸς τοῖς ἐχθροῖς ἀνεπίληπτος εἶναι — προουθυμήθη τὴν ξύμβασιν.
 42, 2 ὅτι ξυμμαχίαν πεποιήνται, γάσκοντες πρότερον κοινῇ τοὺς μὴ δεχομένους τὰς σπονδὰς προσαναγκάσειν.
 VI, 69, 3 οἱ δ' ἐχώρουν — Ἀθηναῖοι μὲν περὶ τε τῆς ἀλλοτριᾶς οἰκειᾶν σχεῖν καὶ τὴν οἰκειᾶν μὴ βλάψαι ἠσώμενοι.⁶⁾
 VII, 65, 2 τὰς γὰρ πρόρας — κατεβύρσωσαν, ὅπως ἂν ἀπολισθάνοι καὶ μὴ ἔχοι ἀντιλαβῆν ἢ χειρὶ ἐπιβαλλομένη.⁷⁾

Extremum est, ut quaeram, num participium praesentis vim praesentis historici, quod vocatur, habeat, i. e. num actionem praeteritam et eam quidem actioni primariae antecedentem, neque durantem neque repetitam, significare possit. Atque is quidem locus, quo

¹⁾ vide pag. 21.

²⁾ Participium aoristi ad unam certam rem relatum comparare VIII, 53, 2 τῶν Ἀλκιβιάδου ἅμα ἐχθρῶν διαβοώντων ὡς θεῖον εἶη εἰ τοὺς νόμους βιάσάμενος κάτεισι haud inutile videtur.

³⁾ Liceat plena enuntiated condicionalia ascribere, in quibus eadem de causa tempus praesens verbi βιάζεσθαι adhibitum est: IV, 29, 4 εἰ δ' αὖ ἐς δευτέρου χωρίον βιάζοιτο ὁμοσεῖναι, τοὺς ἐλάσσους, ἐμπείρους δὲ τῆς χώρας κρείσσους ἐνόμιζε τῶν πλεόνων ἀπείρων. VII, 38, 3 τὰς ὀγκάδας — κατέστησαν, ὅπως, εἴ τις βιάζοιτο ναῦς, εἴη κατάφροντις. Est autem alter locus, ubi participium, passiva quidem significatione, insignem huius participii, quod ad usum attinet, similitudinem prae se fert, IV, 126, 5 οὔτε γὰρ τάξιν ἔχοντες ἀσχυνθεῖεν ἂν λιπεῖν τινα χώραν βιάζομενοι, ἢ τε φυγῆ... — Retractanti mihi hunc locum satis impeditum aliunde sermone collato haec cogitatio mota est, participium βιάζομενοις adhibitum esse, ut significaretur simul cum faciendā per vim escensione, non facta demum, accidere id, quod verbo primario expressum esset, neque ulla alia re, ut Lacedaemoniis potestas castelli capiendi fieret, opus esse quam ipsa actione permanenti participio βιάζομενοις elata. Quod cum constet mihi prementi maxime verba ἀλώσιμον — γίγνεσθαι facultatis tantum notionem exprimentia, simul hanc explanationem, hoc quidem loco, dignam puto, quae meae anteponatur, simul exempla paulo infra — pag. 24 — tractata comparari velim.

⁴⁾ cf. VI, 87, 2 φημὲν γὰρ — ξύμμαχος — οὐκ ἄκλητοι, παρακληθέντες δὲ ἦκειν.

⁵⁾ Classen interpretatur „εἰ κομιζοῖντο.“

⁶⁾ Duobus modis hoc participium explicari potest; licet etiam verbi ἠσώσθαι eam vim ostendere, quae pag. 24 adnot. 3 agitur.

⁷⁾ cf. IV, 25, 4 χειρὶ σιδηρῇ ἐπιβλήθειση μίαν ναῦν αὐτοὶ ἀπόλεσαν.

Rieckher¹⁾ hunc usum convictum esse putat, aliter iam a me explicatus est;²⁾ restat, ut Classenii eandem sententiam refutem, quam ad explicandum participium *ἄλισκομένον* VI, 2, 3 (*Ἠλίον δὲ ἄλισκομένον*³⁾) *τῶν Τρώων τινὲς διαφυγόντες Ἀχαιοὺς πλοίοις ἀφικνοῦνται πρὸς τὴν Σικελίαν*) protulit. Quo loco si *ἄλισκομένον* non ad verbum finitum *ἀφικνοῦνται*, sed ad alterum participium *διαφυγόντες* retuleris, ita ut sententia haec sit: dum Troia capitur, Troiani quidam e manibus Graecorum effugiunt et navibus vecti in Siciliam adveniunt, omnis difficultas sublata erit. Neque vero aliis locis, quibus quis illam vim in participio praesentis inesse suspicetur, recte interpretando ullam dari cuiquam tamquam ansam huius opinionis demonstrari potest, atque ipse Classen viam monstravit interpretanti; recte enim e Graeco convertit III, 97, 2 (*αἰρεῖ*) *ἐπιών* „(nimmt) auf den ersten Anlauf“; ut inter adeundum vel subeundum, quae quidem actio temporis spatio minime longo fieri putanda sit, Demosthenem cepisse oppidum significet; nimirum participio praesentis ad illustrandam rem facile peractam scriptor usus est. Huic loco simillimus est et is, qui invenitur IV, 116, 1 *ὁ Βρασιδάς — ἐπιγερόμενος τῷ στρατῷ εὐθὺς τὸ τεῖχος λαμβάνει*, et is, qui ob-

¹⁾ vid. pag. 10, adnot. 4.

²⁾ pag. 10.

³⁾ Krüger hoc in participio notionem perfecti inesse dicit; sed enim neque is locus, quo usus est exemplo, I, 23, 2 (cf. pag. 20) satis ad hanc sententiam stabiliendam valet, cum aptius de iteratione cogitandum sit, neque ullo alio Thucydidis loco hoc participium perfecti vi indutum exstat.

Qua opportunitate data statim de eis participiis praesentis dicam, quae a Thucydide ita usurpata sunt, ut perfecti vim habeant. Ne diutius in re omnium notissima verser, participia *ἤκων* et *ὀλιγόμενος* semper perfecti notionem instructa inveniuntur, *ἤκων* I, 26, 3; 32, 1; 140, 3. III, 106, 1. IV, 87, 2. V, 34, 1; 86, VI, 53, 1; 94, 4; 96, 1. VII, 10; 44, 8. VIII, 31, 1; 36, 1; 85, 3; 92, 2, *ὀλιγόμενος* I, 116, 1; 133. II, 65, 11 (scholiasta interpretatur *πορευθεῖσιν εἰς Σικελίαν*). III, 81, 2. VI, 91, 1. VII, 32, 1. Uno loco, VIII, 1, 2, participium *στερόμενοι* perfecti vim habet. Reliquorum verborum hic commemorandorum participia praesentis non omnibus locis perfecti vi instructa sunt, sed eis tantum, quibus non actio, sed potius status vel condicio verbis illis notatur, quae condicio idem fere valet atque actio perfecta, ut in his verbis:

νικᾶν aut *νικᾶσθαι* I, 106, 1. II, 47, 4. V, 50, 4; 73, 2. VI, 70, 1. VII, 34, 7 — *ἡσᾶσθαι* VI, 69, 3. VIII, 25, 4 — *κρατεῖν* I, 116, 2 (*κρατοῦντες* „cum superiores essent“ Classenio interpretante). IV, 14, 3; 95, 3. 104, 4 (*κρατοῦντες* idem significat atque I, 116, 2); 108, 1 (*κρατοῦντες* = potiti). VI, 2, 5; 49, 3; 80, 2 (oppositum est *ὁ παθών*). VII, 4, 6 (cf. Classen); 44, 4, 5. VIII, 25, 4; 38, 2 (*κρατοῦντες* = tenentes, scilicet terram mareque) —

ἀδικεῖν aut *ἀδικεῖσθαι* et *ἀσεβεῖν*, ad quae verba etiam pertinent, quae pag. 7. et 9. de verbis quibusdam actionem permanentem vel continuatam exhibentibus proposui, IV, 62, 3 (sententia est generalis). V, 89, VI, 53, 1 (*ὡς ἀσεβούντων*). VIII, 108, 4. *φεύγειν* III, 85, 2. IV, 71, 1; 73, 4; 74, 2; 75, 1. V, 16, 3. VI, 59, 4. VIII, 70, 1, cuius verbi participium praesentis eandem vim his locis habet ac substantivum *ὁ φυγᾶς*.

Berg l. l. de participiis *ἡττώμενος* — *νικώμενος* — *ἀδικούμενος* — *κρατῶν* — *ἀδικῶν* pag. 7/8, 10/11, 27/28, 29 ita disseruit, ut abunde satisfactum sit toti huic quaestioni.

Classen de participio *νικώμενοι* recte iudicavit adnotans ad II, 47, 4 „*νικώμενοι* part. praes. ent-sprechend dem act. *νικᾶν*, im Siege sein“. Eorum autem locorum, quos ad I, 106, 1 attulit idoneos esse ratus, qui cum hoc compararentur, duo eandem prorsus speciem praebent, II, 47, 4 et V, 73, 2, contra his locis I, 70, 5 et II, 51, 1 participio *νικώμενος* pariter repetitae actionis notio, ut in enuntiatio generalem sententiam continenti et in describenda pestilentia illa Atheniensibus tam exitiosa, tribuenda est, et II, 60, 6 idem participium qualitatem in homine aliquo inhaerentem, VII, 23, 2 denique actionem permanentem neque perfectam significat, quae una cum altera actione plane eodem tempore fit, atque hanc esse rationem ipse vir doctus suis verbis affirmat.

Rieckher l. l. (zweite Hälfte) pag. 14 ad participia *νικῶν*, *ἀδικῶν*, *κρατῶν* addit *ἀνταιρόμενος* III, 32, 2, quod participium prorsus eiusdem temporis actionem significat, cuius est actio verbi primarii *διέφθειρεν*.

viam nobis fit VII, 70, 2 οἱ Ἀθηναῖοι — τῇ μὲν πρώτῃ ῥύμῃ ἐπιπλέοντες ἐκράτιον τῶν — νεῶν, neque multum ab eis differt hic locus VII, 40, 4 ἐπιφερόμενοι ἐκ παρακελεύσεως ἐνανμάχουν¹⁾ — dum inter se cohortati hostibus se inferunt, pugnam navalem commiserunt vel initium pugnae navalis fecerunt — et alter ex VII, 70, 2 petitus: μετὰ δὲ τοῦτο πανταχόθεν σφίσι τῶν Στρακοσίων καὶ ξυμμάχων ἐπιφερομένων²⁾ — ἦν ἡ ναυμαχία.

His igitur locis omnibus, cum participiis praesentis actiones vere durantes eo tempore, quo actiones primariae incidunt, clarissime notentur, non est causa, cur suscipiamus, quod viri illi docti praeceperunt, inesse in participio praesentis vim praesentis historici. Unius tamen verbi participium praesentis actionem singularem et praeteritam significat. Ut enim ἐκαθεζόμενῃν vi aoristi instructum esse constat, sic participium καθεζόμενος huius temporis, quod desit, naturam induisse existimandum est his locis:

I, 24, 7 ταῦτα δὲ ἰκέται καθεζόμενοι ἐς τὸ Ἡραῖον ἐδέοντο — III, 70, 5 ὀφλότων δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ ἰκετῶν καθεζομένων — ὁ Πειθίας πείθει ὥστε — et II, 19, 2 καὶ καθεζόμενοι³⁾ ἔτεμνον πρῶτον μὲν Ἐλενσίνα — καὶ καθεζόμενοι ἐς αὐτὸν σιραιόπεδόν τε ἐποιήσαντο χρόνον τε...

Actio autem participio praesentis enuntiata si non eiusdem temporis est, cuius actio verbo finito expressa, aut huic antecedit aut eam sequitur. De participiis praesentis antecedentes res significantibus cum iam satis multa dicta sint, relinquatur, ut in quaestionem vocem, utrum participium praesentis etiam ad efferendas eas res, quae consequantur actionem primariam, a Thucydide usurpatum sit necne, vel, ut in pauca conferam, utrum futuri temporis notionem habeat necne. Unum certe participium hac vi instructum esse potest, ἰών⁴⁾; nempe εἶμι temporis futuri vim habet; alia investiganti tres omnino loci sunt tibi examinandi:

I, 122, 2 καὶ τὴν ἦσαν, εἰ καὶ δεινὸν τῷ ἀκοῦσαι, ἴστω οὐκ ἄλλο τι φέρουσαν ἢ ἀντικροῦς δουλείαν.

V, 86 ὀρῶμεν γὰρ — τὴν τελευτήν — πόλεμον ἡμῖν φέρουσαν.⁵⁾

VI, 13, 1 τοῖς πρεσβυτέροις ἀντιπαρακελεύομαι — ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς μέγιστον δὴ τῶν πρὶν κίνδυνον ἀναρριπτύσης, ἀντιχειροτονεῖν.

Atque horum primo loco participio φέρουσαν rationem permanentem vel constantem significari existimo; ita enim ratio Corinthiorum condicionis comparata est, ut clades accepta et ipsis et ceteris civitatibus Peloponnesiis prorsus servitutum ferat; quam rationem non solum eo, quo loquuntur legati Corinthiorum, tempore manere, sed permanere ad omnia tempora et constare etiam futuro tempore facile videas.

¹⁾ At VII, 52, 1 προσμίζαντες (congressi vel manibus consortis) ἐνανμάχουν.

²⁾ Nec eum fallit, qui actionem participii repetitam esse dicat.

³⁾ Si quis forte miratur me participium ἀντικαθεζόμενοι pag. 17. aliter explicasse, hoc mihi proposueram, ut, quod eius fieri posset, in singulis locis tractandis propriam participii praesentis naturam tuerer.

⁴⁾ cf. III, 15, 1 ἐπιόντες; 27, 2 ὡς ἐπεξιῶν. V, 62, 2 et 65, 6 ὡς ἰόντες.

⁵⁾ Rem futuram scriptor si significare voluisset, certe scripsisset οἴσουσαν pro φέρουσαν; futuri enim participium post verbum ὀρᾶν haud inusitatum esse probatur his locis: II, 7, 3 ὀρῶντες — καταπολεμήσουτες — IV, 22, 3 ὀρῶντες — ποιήσουτας — 27, 1 ὀρῶντες — ἐσομένην — V, 28, 2 ὀρῶντες — τὸν πόλεμον ἐσομένον —, etsi confiteor haec participia magis in rebus certis versari neque sententiam esse generalem.

Neque aliud iudicium fieri potest de altero participio *φέρουσαν* V, 86, et ad hos duos locos memorandum videtur his participiis ipsas summas atque sententias concludi, verbis finitis *ἴστω* et *δοῶμεν* speciem quandam enuntiationis praeferrī; quidnam desideraremus, si legeremus hoc loco *ἡ τελευτή* — *πόλεμον ἡμῖν φέρει*, illo *ἡ ἤσσα οὐκ ἄλλο τι φέρει ἢ ἀντικρὺς δουλείαν*? Tertio autem loco participium *ἀναροπιτούσης* de conatu dictum puto; patria enim, cum quidam oratores in contione Atheniensibus suaserint, ut expeditionem in Siciliam facerent, si horum verbis commovetur, quasi intendit se periculo temere offerre.¹⁾ Cui haec explicatio non satisfacit, ei licet de re cogitare, quae Nicias verba illa faciente geratur; nam totas mentes suas, non solum aures cum Athenienses ad verba suadentium, ut Siciliam imperio adiungerent, admovisse constet, iure Nicias monens Athenienses, ne id facerent, consilio belli nondum capto tamen patriam in periculum temere se committere (non commissuram esse) dicere poterat. Quibus locis tractatis adducor, ut in Stahlī sententiam discedam negantis participium praesentis „pro futuri participio esse“²⁾, attamen aliis commotus causis.

